Diss. Göttingen
1868.
J. Strenge.

QUAESTIONES PHILOCHOREAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

SCRIPSIT

JULIUS STRENGE

OHRDRUFIENSIS.

GOTTINGAE,

EX OFFICINA ACADEMICA E. A. HUTH.

MDCCCLXVIII.

HERMANNO SAUPPIO

pio gratoque animo.

Si in universum magnopere est dolendum ex ingenii monumentis veterum tam multa tamque praeclara temporum iniquitate periisse, inter quae nescio an maxime lugeamus amissum Aristotelis opus *πολιταῖαι πόλεων ϱνη΄* inscriptum, in singulis quanto dolore desiderentur opera Philochori clarissimi illius rerum Atticarum scriptoris vix et ne vix quidəm verbis potest exprimi.

Sed noli putare, lector benevole, me decantatum illud de praestantia eorum quae perierunt iteraturum esse, nos grato animo ea, quae sane non pauca ex Philochoro ad aetatem nostram pervenerunt, recipere decet quantumque ejus fieri potest etiam inde lapides quasi vel novos vel redivivos quaerere ad amplificanda exornandaque Musarum templa. Quod si in insequenti commentatione assecutus fuero, mihi ipse satisfecero, sin minus venia danda erit juveni, qui ut optatam contingeret metam multa sane tulit fecitque.

Qui vero, quum ad rem me accingerem, in animo erat totius opusculi ordo, cum crescente in dies materia instaneque contra tempore relinquere coactus eram. Missis igitur

eis, quae de constituenda certa temporum notandorum ratione meritus est Philochorus deque ratione quae intercedit inter Timaeum et Philochorum, rem ita institui, ut primum quae de Atheniensi nomophylacum magistratu ex Philochoro potissimum docemur, iterum recensuerim, deinde ea, quae ab aliis jam satis accurate et collecta et disposita sunt fragmenta, subtilius explanaverim, ipsorumque numerum paucis adhuc in ordinem non receptis auxerim.

Caput primum.

De nomophylacum Atheniensium magistratu.

Etiamsi omnia, quae a Graecis scriptoribus de periculis Ol. LXXX, 1. Atheniensium civitati imminentibus, traduntur, temporum inquitate atque incommodo periissent et clarissima tantum Aeschyli tragoedia Eumenidum exstaret, tamen fluctus, quibus jactabatur respublica, cognoscere deque eis judicium ferre possemus. Inter omnes enim veterum tragoedorum fabulas vix invenies ullam, in qua componenda pariter respexerit poeta res suo tempore sive gestas sive gerendas. Et profecto in totius tragoediae indolem et in ea, quae ad scenicam fabulae artem pertinent accuratius inquirentibus, Atheniensium populus magis ad concionem quam ad spectaculum advocatus esse a poeta nobis videtur. Sed, ut ad rem ipsam perveniamus, in periculo versabatur Areopagus, religiosissimum illud tribunal, quod non ab Atheniensibus solum verum ab universis Graecis summa celebrabatur verecundia. Itaque satis audacter qui tum moderari coeperunt rem publicam oppugnaverunt praesidium illud et decus Athenarum. Deminuta autem Areopagi auctoritate, et quum distincti illi, quos Cicero [1]) vocat, dignitatis gradus. una periissent, ea persecutus est consilia Pericles, quibus, quum nihil amplius coerceret populi voluntatem, Athenienses ad summam gloriae pervenerunt. Sed quid longus sim in rebus notis enarrandis ex-

[1]) cf. Cic. de republ. I. 27.

plicandisque, quid denuo illustrem veterum scriptorum testimonia, quibus adhibitis tot [1]) viri clarissimi doctissimique dissipare studebant tenebras, quae diu integrum de rebus eo tempore gestis judicium turbarant? Vetustissimam igitur quam obtinuerat Areopagus totius rei publicae custodiendae potestatem Pericles ita subvertit ut nil nisi res capitales, quae e religione ei dijudicandae erant, relinquerentur atque ipsum Areopagitarum collegium ex illo tempore republica moderanda et communi jure consilioque desinere cogeretur. Sed quominus ad evertenda solum Areopagitica jura spectasse rogationes, quas Ol. LXXX, 1 in medium protulit Ephialtes, censerent homines docti, impedimento erant quae de nomophylacum magistratu eo tempore primum instituto in lexico quodam rhetorico, quod vulgo Cantabrigiense nominatur, inveniuntur. Philochori enim auctoritate allata institutos esse nomophylaces, qui, vi remota Areopagi, rei publicae sancte gerendae curam excepissent, narrat incertus lexici illius auctor. Satis profecto de hujus narrationis fide certatum [2]) est; quum vero parum copiose parumque ac-

---

[1]) cf. C. O. Müller ed. Aeschyli Eumenid. pg. 115 sq. cf. C. Fr. Hermann, G. St. A. I. §. 109. 7. pg. 316. Grote, history of Greece V. pg. 481 sqq. E. Curtius Gr. G. II. pg. 146 sqq.

cf. Aristotelis Polit. II. 9. 3.: *ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε καὶ Περικλῆς.* Plut. vit. Cim. 15 *οἱ πολλοὶ συγχέαντες τὸν καθεστῶτα τῆς πολιτείας κόσμον Ἐφιάλτου προεστῶτος ἀφείλοντο τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς τὰς κρίσεις πλὴν ὀλίγων ἁπάσας καὶ τῶν δικαστηρίων κυρίους ἑαυτοὺς ποιήσαντες εἰς ἄκρατον δημοκρατίαν ἐνέβαλον τὴν πολιτείαν ἤδη καὶ Περικλέους δυναμένου καὶ τὰ τῶν πολλῶν φρονοῦντος.* cf. Androtion. et Philoch. apud Maximum in prooemio ad S. Dionysii Areopagitae opera. Antverp. 1634 vol. II. p. 34: *ἐδίκαζον οὖν Ἀρεοπαγῖται περὶ πάντων σχεδὸν τῶν σφαλμάτων καὶ παρανομιῶν ὥς φησιν Ἀνδροτίων ἐν πρώτῃ καὶ Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ τῶν Ἀτθίδων.*

[2]) cf. Fr. W. Ullrich, vier plat. Gêspr. Berl. 1821. 8. A. Boekh über den Plan der Atthis d. Philoch. pg. 25 sq. Vömel, Allgem. Schulzeitung. 1830. Abthl. II. St. 83. Bake, Schol. Hypromn. IV. pg. 277. Meier u. Schoemann, Att. Process. pg. 72 sq. Schoemann, antiqq. jur. publ. pg. 299. Gr. Alterth. I. pg. 354, de comit. pg. 119. Schubert, de aedil. pg. 98. Schneider, ad Aristot. Polit. pg. 391.

curate in hanc rem inquisivisse viros doctos intellexerim, ipse denuo disputationem suscepi. Posteaquam igitur testimoniis de legum custodibus, qui apud Graecos exstiterunt, collatis omnibus ea recensuero quae de Atheniensibus traduntur, demonstrare studebo magistratum illum Demetrii Phalerensis aetate non priorem fuisse. Ac primum quidem, quae fuerint talium custodum natura quaeque officia a pluribus docemur scriptoribus: sed omnes id mihi videntur docuisse magistratum iis tantum convenire civitatibus, in quibus penes paucos fuerit summa rerum potestas. Eo ducunt verba Xenophontis [1]), *ἐδίδασκον δὲ αὐτήν, ὅτι καὶ ἐν ταῖς εὐνομουμέναις* (qua voce ubique eas in animo habet civitates, in quibus optimates imperium tenent) *πόλεσιν οὐκ ἀρκεῖν δοκεῖ τοῖς πολίταις, ἢν νόμους καλοὺς γράψωνται ἀλλὰ καὶ νομοφύλακας προσαιροῦνται, οἵτινες ἐπισκοποῦντες τὸν μὲν ποιοῦντα τὰ νόμιμα ἐπαινοῦσιν· ἢν δέ τις παρὰ τοὺς νόμους ποιῇ ζημιοῦσι. Νομίσαι οὖν ἐκέλευον, ἔφη, τὴν γυναῖκα καὶ αὐτὴν τὴν νομοφύλακα τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ εἶναι κτλ.* quae Columella [2]) in latinam transtulit linguam: „Postremo his rebus omnibus constitutis nihil hanc arbitror distributionem profuturam, nisi ut jam dixi, villicus saepius et aliquando tamen dominus aut matrona consideraverit animadverteritque, ut ordinatio instituta conservetur. Quod etiam in bene moratis civitatibus semper est observatum, quarum primoribus atque optimatibus non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos cives creassent, quos *νομοφύλακας* appellant. Horum erat officium eos, qui legibus parerent laudibus prosequi nec minus honoribus: eos autem, qui non parerent, poena multare. Quod nunc scilicet faciunt magistratus, assidua juris-

---

C. Fr. Hermann Vestig. instit. vett. pg. 38. G. S. A. §. 129. 15. Meier, ind. lectt. Hal. 1844. pg. 25. Müller, FHG. IV, pg. 646 sq. H. Mücke, de nomoph. Athen. Wittenb. 1754. 4 in usum meum conferre non licuit, quum libellus neque in bibliotheca regia Gottingensi neque in Halensi asservetur.

1) Xenoph. Oecon. IX. 14.

2) cf. Columella, de re rust. XII, 13, 10.

dictione vim legum custodientes." Expressis verbis idem affirmat Aristoteles [1]) qui, *Τριῶν δ' οὐσῶν*, ait, *ἀρχῶν (καθ') ἃς αἱροῦνταί τινες ἀρχὰς τὰς κυρίους, νομοφυλάκων προβούλων βουλῆς, οἱ μὲν νομοφύλακες ἀριστοκρατικόν, ὀλιγαρχικὸν δ' οἱ πρόβουλοι, βουλὴ δὲ δημοτικόν*. Mentionem deinde facit eorum Cicero [2]): „Legum custodiam nullam habemus, itaque hae leges sunt, quas apparitores nostri volunt: a librariis petimus, publicis litteris consignatam memoriam publicam nullam habemus. Graeci hoc diligentius: apud quos *νομοφύλακες* creabantur: nec hi solum litteras — nam id quidem etiam apud majores nostros erat — sed etiam facta hominum observabant ad legesque revocabant." Praeter haec, quae attuli, inveniuntur quaedam apud Platonem in sexto, quem de legibus composuit, libro. Sed omittenda videntur, quippe quum ejus de nomophylacibus disputationes et longiores, quam quas repetere possim, et minoris tantum momenti esse arbitrer, quum ad perfectae rei publicae speciem eam pertinerent, quam apud animum sibi conformaverat philosophus ille.

Ea vero, quae Aristoteles et Xenophon de legum custodibus tradiderunt, confirmantur testimoniis, quae de Lacedaemoniorum, Cretensium, Elidensium, Corcyraeorum, Locrensium nomophylacibus apud nonnullos inveniuntur scriptores. Quorum omnium civitates institutorum discrepantia ab Atheniensium re publica longe alienas fuisse quis est qui ignoret? De Lacedaemoniorum nomophylacibus a Pausania [3]), de Cretensium a Platone [4]) certiores fimus, de Elidensium narrat Thucydides [5]): *ἐν δὲ Ἤλιδι — ἐξορκούντων οἱ δημιουργοὶ καὶ οἱ θεσμοφύλακες*, quos non diversos fuisse a nomophylacibus apparet ex illis Pausaniae [6]): *ἐν τούτῳ δὲ Ἑλλανοδικαιῶνι οἰκοῦσι δέκα ἐφεξῆς μῆνας*

---

1) cf. Arist. Pol. VI. 5, 13.
2) cf. Cic. de legg. III. 46.
3) cf. Paus. III, 11, 2.
4) Plato Minos 320 B. C.
5) cf. Thuc. V, 47.
6) cf. Paus. VI, 24, 3.

οἱ αἱρεθέντες ἑλλανοδικεῖν καὶ ὑπο τῶν νομοφυλάκων, ὅσα ἐς τὸν ἀγῶνα σφᾶς δεῖ ποιεῖν διδάσκονται. Corcyrae deinde fuisse ejusdem nominis magistratum qui rationes a ceteris magistratibus reposceret institutum novimus e duabus inscriptionibus [1]. Postremo inveniuntur apud Locrenses Epizephyrios, qui omnes magnae Graeciae civitates institutorum praestantia superabant; tradit enim Stobaeus [2]: „ἀλλ' οἱ τῶν νόμων φύλακες ἐπιμελείσθωσαν τῶν πλημμελούντων, πρῶτον μὲν νουτεθοῦντες, ἐὰν δὲ μὴ πίθωνται ζημιοῦντες." Quae si respicimus, mirum haud dubie est, in Atheniensium civitate, cujus moderandae regendaeque omnis potestas penes populum fere solum fuit, testibus scriptoribus exstitisse magistratum cui — id quod ex ipso nomine elucet — plena fere voluntatis coercendae data fuit potentia. Sed ne in ea, quae infra demum demonstrare licet, explicanda incidam, haec ipsa grammaticorum et lexicographorum verba accuratius contemplemur, discernamus, emendemus, quoad fieri potest, necesse est.

Bis in nomophylacum ministeriis explicandis versatur Suidas, quum in altero loco s. v. νομοφύλακες haec pressiora faciat verba, ἀρχή τις παρὰ Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο, διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν, οἵτινες τὰς ἀρχὰς ἐπηνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι in altero s. v. οἱ νομοφύλακες copiosius dicat: ἔδοξέ τισι, τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοῖς θεσμοθέταις· ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως. οἱ μὲν γὰρ θεσμοθέται κατὰ τὰ πάτρια ἐστεφανωμένοι ἐπὶ τὸν Ἄρειον ἀνέβαινον πάγον, οἱ δὲ νομοφύλακες στροφίοις λευκοῖς ἐχρῶντο καὶ ἐν ταῖς θέαις ἐπὶ θρόνων ἐκάθηντο κατ' ἀντικρὺ τῶν ἔννεα ἀρχόντων καὶ τῇ Παλλάδι τὴν πομπὴν ἐκόσμουν, ὅτε κομίζοιτο τὸ ξόανον ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ἠνάγκαζον δὲ τὰς ἀρχὰς χρῆσθαι τοῖς νόμοις καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο μετὰ τῶν προέδρων, κωλύοντες ψηφίζειν, εἴ τι παράνομον αὐτοῖς εἶναι δόξειε καὶ ἀσύμφερον τῇ πόλει.

Eadem, quae priora posuit Suidas, inveniuntur etiam

1) cf. C. J. G. ed. Boeckh II. No. 1845. I. No. 104.

2) cf. Stobaeus serm. 42.

in Photii lexico s. v. *νομοφύλακες· ἀρχή τις παρὰ Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν, οἵτινες τὰς ἀρχὰς ἐπηνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι.*

Leguntur deinde in Bekkeri [1]) anecdotis Graecis: *νομοφύλακες· οὗτοι ἐκώλυον παράνομόν τι ἢ ἀσύμφορον τῇ πόλει γενέσθαι* et *νομοφύλακες· ἄρχοντες οἱ ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν βουλῇ μετὰ τῶν προέδρων καθήμενοι καὶ ἀναγκάζοντες αὐτοὺς τοῖς νόμοις χρῆσθαι καὶ κωλύοντες ἐπιψηφίζειν, εἴ τι εἴη παράνομον ἢ ἀσύμφορον τῇ πόλει.*

Tum Pollux [2]) *νομοφύλακες*, inquit *ἐστεφάνωνται μὲν στροφίῳ λευκῷ, τὴν δὲ πομπὴν πέμπουσι τῇ θεῷ, τοῖς δὲ προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσι* (*ἔνια*, quod aliquando egebatur, cum Meiero expunxit Bekkerus) *διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν ὅσα μὴ συμφέρει.* Facit quoque eorum mentionem s. v. *οἱ ἕνδεκα* [3]), ubi *εις*, inquit, *ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἐγίνετο καὶ γραμματεὺς αὐτοῖς συνηριθμεῖτο. νομοφύλακες δὲ κατὰ τὸν Φαληρέα μετωνομάσθησαν. ἐπεμελοῦντο δὲ τῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καὶ ἀπῆγον κλέπτας ἀνδραποδιστὰς λωποδύτας, εἰ μὲν ὁμολογοῖεν, θανατώσοντες, εἰ δὲ μή, εἰσάξοντες εἰς τὰ δικαστήρια, κἂν ἁλῶσιν, ἀποκτενοῦντες. τοῦ δὲ νομοφυλακίου θύρα μία χαρώνειον ἐκαλεῖτο, δι' ἧς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπήγοντο.*

Restat, ut ea afferam, quae, quum ad Dinarchi et Philochori auctoritatem respiciant, pro gravissimis habenda sunt: inveniuntur enim apud Harpocrationem s. v. *νομοφύλακες· ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο, διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν. Δείναρχος καθ' Ἱμεραίου καὶ ἐν τῷ κατὰ Πυθέου. Φιλόχορος ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἄλλα τέ τινα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν καὶ ὅτι οὗτοι τὰς ἀρχὰς ἐπηνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι.*

Deinde in appendice Photii ed. Porson. pg. 674. 5 (desumpta sunt verba ex lexico illo rhetorico, quod supra jam attigi, cujus ordines in margine codicis Harpocrationis Cantabrigiensis adscripti sunt. Infra ad hunc libellum re-

1) cf. pg. 191, 20. pg. 283, 16.
2) VIII. 94.
3) cf. VIII. 102.

dibit disputatio.) s. v. *νομοφύλακες· ἕτεροί εἰσι τῶν θεσμοθετῶν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ ἑβδόμῳ. Οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον ἐστεφανωμένοι, οἱ δὲ νομοφύλακες στροφία χαλκὰ ἄγοντες καὶ ἐν ταῖς θέαις ἐναντίον ἀρχόντον ἐκαθέζοντο· καὶ τὴν πομπὴν ἔπεμπον τῇ Παλλάδι, τὰς δὲ ἀρχὰς ἠνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῇ βουλῇ μετὰ τῶν προέδρων ἐκάθηντο, κωλύοντες τὰ ἀσύμφορα τῇ πόλει πράττειν. Ἑπτὰ δὲ ἦσαν καὶ κατέστησαν, ὡς Φιλόχορος, ὅτε Ἐφιάλτης μόνα κατέλιπε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος.*

Fuisse igitur Athenis nomophylaces ex his omnibus satis apparet; apparere deinde videtur, illos Ephialtis tempore Ol. LXXX. 1. institutos esse, quum peculiari lexicographi illius, qui ordines suos in Harpocrationis margini adscripsit, testimonio certiores fiamus. Verum tamen his ipsis verbis, quorum neque auctorem neque scriptorem novimus, nimiam fidem tributam esse censeo. Ne autem ipsi fallamur, accuratius nobis omnia, quae de nomophylacibus Atheniensibus narrantur, recensenda atque examinanda sunt. Ac primum quidem de iis potissimum antiquioribus scriptoribus quaeramus necesse est, ad quos nostrorum auctorum disputationes spectant, nam — id quod haud quisquam negabit — tantam fere omnia illa testimonia prae se ferunt et verborum ipsorum et argumentorum similitudinem, ut res digna videatur, in quam accuratius inquiramus.

Miramur primum, quid sit quod in iis, quas singulas protuli, enarrationibus nulla vetustioris scriptoris, neque historici, neque philosophi, neque oratoris mentio fiat, quum, quod verissime jam Boeckhius monuit, his omnibus, imprimis vero oratoribus, crebra nomophylaces respiciendi occasio oblata fuisset. Sed ne in monumentis quidem, quae illorum ingenii adhuc restant, reperiuntur legum illi custodes. Sic, ut in mentem revocem Aeschinis orationem Ctesiphonteam [1]), in enumerandis magistratibus, quibus legum institutorumque

[1]) cf. Aeschines IV. §. 4.

rei publicae cura mandata erant, desiderantur nomophylaces: *τῆς δὲ τῶν ῥητόρων ἀκοσμίας,* ait orator, *οὐκέτι κρατεῖν δύνανται οὔθ᾽ οἱ νόμοι οὔθ᾽ οἱ πρυτάνεις οὔθ᾽ οἱ πρόεδροι οὔθ᾽ ἡ προεδρεύουσα φυλὴ, τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως· τούτων δ᾽ ἐχόντων οὕτως καὶ τῶν καιρῶν ὄντων τῇ πόλει τοιούτων, ὁποίους τινὰς αὐτοὺς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε εἶναι, ἓν ὑπολείπεται μέρος τῆς πολιτείας, εἴ τι κἀγὼ τυγχάνω γιγνώσκων, αἱ τῶν παρανόμων γραφαί. εἰ δὲ καὶ ταύτας καταλύσετε ἢ τοῖς καταλύουσιν ἐπιτρέψετε προλέγω ὑμῖν, ὅτι λήσετε κατὰ μικρὸν τῆς πολιτείας τισὶ παραχωρήσαντες.*

Neque vero Plutarchus, quem, quamvis posteriore demum aetate scripserit, tamen vestutiorum et magna ex parte gravissimorum Periclei aevi scriptorum opera in usum contulisse [1]) constat in enarrandis rebus ab Ephialte gestis, meminit magistratus. Optimo igitur, quoad judicare mihi licet, jure — certi videlicet quidquam inde non consequens est — dubitari potest, num omnino commemoraverint vel potius commemore potuerint vetustiores rerum scriptores magistratum de quo agimus. Mitto nunc, quum infra eo redeundum sit Schömanni, Meieri, Caroli Friederici Hermanni de nomophylacibus disputationes, qui quum hujus argumenti gravitatem removere non possent neque lexici illius testimonio auctoritatem detrahere auderent, nomophylaces ab Ephialte quidem institutos postea vero, quum ab Euclide Areopagus redintegraretur sublatos esse arbitrabantur. Sed vide modo, quantum morositatis speciem haec prae se ferat explicationis ratio, quantasque in medio reliquerint illi difficultates. Frustra enim ubivis — id quod maximum gravissimumque mihi videtur, — ad disputationem advocantur scriptores grammaticis illis vetustiores. Hujuscemodi ad illa quae supra ex Aristotele et Plutarcho attuli, accedunt haec Diodori [2]): *ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις ἐν*

[1]) cf. Herm. Sauppii commentat. de fontibus. quibus Plutarchus in Periclis vita conscribenda usus sit, pg. 20. 21.

[2]) cf. Diod. XI. 77.

μὲν ταῖς Ἀθήναις Ἐφιάλτης ὁ Σιμωνίδου (rectius Σοφωνίδου cf. Aelian V. H. II. 43) δημαγωγὸς ὢν καὶ τὸ πλῆθος παροξύνας κατὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, ἔπεισε τὸν δῆμον ψηφίσμασι μειῶσαι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν καὶ τὰ πάτρια καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι, et Plutarchi [1]) διὸ καὶ μᾶλλον ἰσχύσας ὁ Περικλῆς ἐν τῷ δήμῳ κατεστασίαζε τὴν βουλήν, ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτην et Pausaniae [2]): Ἐφιάλτης ὃς τὰ νόμιμα τὰ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ μάλιστα ἐλυμήνετο alia, quae omnia enumerare testimonia longum est. Nusquam igitur, quae tum Areopago eripiebatur, eam sibi vindicasse potestatem nomophylacum magistratus traditur.

Sed redeat, unde digressa est disputatio, ad lexicographorum et grammaticorum enarrationes. Fusius in nomophylacum muneribus describendis versantur Suidas et Rhetor Cantabrigiensis. Sed, dum ille omnino nullum narrationis suae affert testem, hic Philochori verbis se niti profitetur. Ceteri autem omnes et Harpocratio et Photius et auctor λέξεων ῥητορικῶν, cujus verba in Bekkeri anecdotis inveniuntur, brevius in illis commemorandis conquiescunt. Attamen longe gravissima sunt Harpocrationis, quum ex iis omnia, quae de nomophylacibus habemus comperta illustrare et explanare possimus. „Nomophylaces, ait, magistratus apud Athenienses ita appellabatur a Thesmothetis diversus. Dinarchus mentionem facit in orationibus contra Himeraeum et Pytheam. Philochorus libro septimo quum alia nonnulla de iis dixit, tum eos coegisse magistratus legibus uti.“

Primum oratorem Atticum ab Harpocratione allatum esse mirum non est, quum ejus thesaurum ex ipsa auctoris mente locorum potissimum quorundam, qui in oratorum illorum operibus satis obscuri vel explanationi difficiliores invenirentur, continere enodationes satis notum sit. Sed ex eo, quod Dinarchi mentio fit, multo graviora, quae ad magistratus illius aetatem pertinent, effici queunt. Dinar-

---

1) cf. Plutarch, vit. Pericl. 9.

2) cf. Paus. I, 29.

chum enim oratorem per idem temporis spatium, per quod Demetrius Phalerensis Atheniensium rei publicae moderandae praefuit, Athenis floruisse docemur a Dionysio Halicarnassensi [1]). Is enim Anaxicrate archonte (Ol. CXVIII. 2), sub quo Antigonus et Demetrius Cassandri praesidium expulerunt, Dinarchum accusatum esse, sed quuum in judicium venire non auderet in Euboeam discesisse; inde quindecim annis post Athenas rediisse et a Proxeno receptum esse, sed quum aurum perdidisset, Proxeno negligenter hoc quaerenti actionem de amissa pecunia in tendisse narrat. Tum pergit: „*Οὗτος μὲν ὁ βίος τἀνδρός· ἀποδείκνυται θ' ἕκαστον αὐτῶν ἔκ τε τῶν ἱστοριῶν τῶν Φιλοχόρου, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς (ὁ Δείναρχος) περὶ αὑτοῦ συνέγραψεν ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ Προξένου . . . . . Φιλόχορος δὲ ἐν ταῖς Ἀττικαῖς ἱστορίαις περί τε τῆς φυγῆς τῶν καταλυσάντων τὸν δῆμον καὶ περὶ τῆς καθόδου πάλιν οὕτως λέγει· „τοῦ γὰρ Ἀναξικράτους ἄρχοντος εὐθὺ μὲν ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις ἑάλω· ὁ δὲ Δημήτριος, ὁ κατελθὼν ἐκ τῶν Μεγάρων, κατεσκευάζετο τὰ πρὸς τὴν Μουνυχίαν καὶ τὰ τείχη κατασκάψας ἀπέδωκε τῷ δήμῳ. Ὕστερον δὲ εἰσηγγέλθησαν πολλοὶ πολιτῶν, ἐν οἷς καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. Τῶν δὲ εἰσαγγελθέντων, τοὺς μὲν οὐχ ὑπομείναντες τὴν κρίσιν, ἐνεθανάτωσαν τῇ ψήφῳ, τοὺς δ' ὑπακούσαντας, ἀπέλυσαν.“ Ταῦτα μὲν οὖν τῆς ὀγδοῆς.*“ Si igitur Dinarchus, quem simul cum Demetrio Phalerensi patriam reliquisse ex illis compertum habemus [2]), in orationibus habendis accivisse nomophylaces refertur, magistratum illum Demetrii Phalerensis temporibus Athenis exstitisse manifestum est. Quaerendum vero est, utrum ab eo institutus sit an prioribus jam illo temporibus munera tenuerit legum custodum collegium.

---

[1]) cf. Dionys. Hal. II, pg. 113 ed. Sylb. cf. fragm. 114 Philoch. ed. Müller.

[2]) cf. praeter illa Philochori Diod. XX. 45—46. Plutarch. Demetr. 8—14. Diodor. XVIII. 74 et de republica a Demetrio instituta constitutaque Polyb. XII. 13. Ael. V. H. III. 17. XII. 43. Diog. Laert. V. 75—85. Cic. de legg. III. §. 14. de Republ. II. §. 2. Brut. §. 37. alia. Ctesicl. ap. Athen. VI. pg. 272 C.

Verum enim vero quum universae eorum, quae Demetrius Phalerensis in Atheniensium re publica vel commutavit vel plane nova instituit, naturae optime convenisse talem magistratum nobis persuaserimus, qualem in multis aliis Graeciae civitatibus fuisse supra vidimus neque ab ullo, qui ante Dinarchum fuit, scriptore ne verbo quidem tangi nomophylaces intellexerimus quid profiteri dubitamus, nunquam antea exstitisse eos in civitate Atheniensi? Ad quam sententiam probabiliorem reddendam arcessenda videntur esse ea, quae a Polluce [1]) et a Scholiasta [2]) ad Aristophanis comoedias traduntur. Ille enim, cujus verba supra exscripta protuli, undecimviros Athenienses Demetrii Phalerensis temporibus nomophylaces appellatos esse refert, hic: *οὗτοι δὲ (οἱ ἕνδεκα) νῦν θεσμοφύλακες καλοῦνται.* Utrumque enim ad nostram quaestionem aliquatenus spectat. Scholiastae quidem verba differunt quodam modo a Pollucis enarratione sed caveas quaeso, ne in hac verborum discrepantia difficultatem inesse arbitreris: magistratus, ait ille, qui antea *οἱ ἕνδεκα* appellabatur cujusque rei potissimum carceralis fuit cura, nunc *οἱ δεσμοφύλακες* vel — id quod grammatici Graeci *εὐφημισμόν* nominare solent — *οἱ θεσμοφύλακες* vocantur: quod ex his deinde *νομοφύλακες* ortum est mirum esse nequit, quum ad carcera significanda aeque *θεσμοφυλάκιον* [3]) atque *νομοφυλάκιον* [4]) inveniantur. Quas derivationes veritatis speciem sibi vindicare posse inter omnes facile convenit. Nihilominus tamen Pollucem in eo errasse judico, quod ea, quae Demetrio Phalerensi imperium tenente acciderunt, cum iis quae paullatim a posterioribus in usum recepta sunt confuderit. Nomophylaces enim, quibus legum atque rei publicae secundum illas administrandae cura mandata erat, plane diversi fuerunt ab iis, qui rem carcer-

---

1) Pollux VIII. 102.

2) Schol. ad Aristoph. Vesp. 1108 ed. Dübner.

3) cf. Pollux VIII. 102.

4) cf. Suidas s. v. *Νομοφυλακίου θύρα. χαρώνειος θύρα. χαρώνιον.*

alem custodientes eodem utebantur nomine. Interiisse vero illos non ita multo post eversum Demetrii imperium necesse est censeamus, quum ex omnium fere eorum, quibus illorum commemorandorum ocassio oblata erat, numero ne unus quidem eorum faceret mentionem. Plerosque enim illorum confudisse nomophylaces nostros cum thesmothetis Harpocratio testis est. Quid igitur Pollucem errasse miramur?

Sed de alterius, quem affert Harpocratio, scriptoris testimonio quaerendum est. *Φιλόχορος*, ait, *ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἄλλα τέ τινα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν καὶ ὅτι οὗτοι τὰς ἀρχὰς ἐπηνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι.* Ac primum quidem ad hanc quaestionem recte dijudicandam de libri septimi argumento cogitemus necesse est. Praeter illa enim, quae apud Harpocrationem atque lexicographum Cantabrigiensem conservata inveniuntur, tria tantum restant fragmenta libri septimi. Primum quod ad Phylen castellum spectat, exhibet idem Harpocratio: *Φυλὴ δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Οἰνηίδος. Μένανδρος Δυσκόλῳ· τῆς Ἀττικῆς νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν· τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν προέρχομαι Φυλασίων. Φιλόχορος δὲ ἐν ἑβδόμῳ Ἀτθίδος φρούριον αὐτό φησιν εἶναι.* Sed dum hujus nihil interesse satis liquet, multo majoris momenti sunt quae apud Harpocrationem s. v. *Ἀποστολεῖς, οἱ ἐπὶ τῆς ἐσπομπῆς τῶν τριήρων ἀποδεδειγμένοι. Δημοσθένης . . . . καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ ἑβδόμῃ*, et apud Athenaeum [1]) habemus: *Φιλόχορος ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος „Οἱ γυναικονόμοι, φησὶ, μετὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς ἄλλαις θυσίαις.“* Quum igitur Boeckhius [2]) V. I. ex iis quae et priori et posteriori libro tribuuntur fragmentis illius terminos, qui Ol. CXV. 3 et Ol. CXVII. 2, quo anno Antigonus Cassander Ptolemaeus et Lysimachus pacem inter se composuerunt definiuntur, argutissime enucleaverit, omnes magistratus, quos attigi, Demetrii Phalerensis temporibus Athenis exstitisse apparet;

---

[1]) cf. Athen. VI, 11,pg . 245 C.

[2]) cf. Boeckh, über den Plan d. Atthis d. Philoch. pg. 23 ff.

sed non exstitisse solum verum ab ipso institutos esse existimo. Quid enim in horum magistratuum negotiis explicandis versatus foret Philochorus, nisi in libro illo ea, quae a Demetrio Phalerensi in Atheniensium republica mutata atque instituta esse scimus [1]), tractanda sibi proposuisset? Sed ne majorem, quam inest, huic rei tribuere videar auctoritatem, retractare liceat, quae ab aliis jam vel ad stabiliendam vel ad debilitandam hujus argumenti vim allata sunt. Boeckhio enim Philochorus omnino magistratum in libro tertio quartove Atthidos neglexisse videtur, ubi sane, si exstitissent, commemorandi fuissent nomophylaces, mentionem vero fecisse eorum in libro septimo: in illis haud dubie pertractasse scriptorem rogationes Ephialteas in hoc illustrasse Demetrii imperium. Contra hanc Boekhii argumentationem, quae potissimum nixus Ephialtis temporibus institutos esse nomophylaces negare sibi licere profitetur, quae monenda fuerunt, monuit Schoemannus [2]). Dum enim illi omisisse Philochorus videtur nomophylaces hic commemoratos fuisse eos arbitratur in libro tertio illo quartove. Verum tamen, utut res se habet, neutrius judicium neque probandum neque plane rejiciendum esse mihi persuasi: atqui, si illa, quae in lexico rhetorico Cantabrigiensi inveniuntur *ἑπτὰ δὲ ἦσαν· καὶ κατέστησαν, ὡς Φιλόχορος, ὅτε Ἐφιάλτης μόνα κατέλιπε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος* ad Philochorum ipsum respicere credimus neque pro grammatici nescio cujus nugis habemus, mirum haud dubie, quod ex septimo Atthidis libro afferuntur ea, quae ex tertio quartove afferi malimus.

Sed quid tenuitatem harum sententiarum usque insequar? Majoris operae pretium explicare, quatenus singula conjuncta sint inter sese testimonia. Ac primum quidem duo illorum genera discernenda videntur esse: alterum, quod ad refutandas eorum sententias scriptum est, qui

---

1) cf. ea quae supra de Demetrii Phalereusis rerum novarum cupiditate attuli.

2) cf. Schoemann, antiqq. jur. publ. pg. 299.

nomophylaces eosdem esse existimaverant ac thesmothetas, alterum quod hanc perturbationem non memorat. Ad illud igitur spectant omnes praeter Pollucis [1]) et *λεξέων ῥητορικῶν* auctoris [2]) enarrationes. Occurrunt enim haec glossis praeposita: *ἀρχὴ διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν* vel *ἔδοξέ τισι τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοῖς θεσμοθέταις. ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως* vel *ἕτεροί εἰσι τῶν θεσμοθετῶν.* Inde consequens est, ut multi vel potius plerique eorum, qui Harpocratione, Suida, Photio, lexicographo Cantabrigiensi priores fuerunt scriptores, erraverint magistratuspue illos confuderint. Harpocratio vero, lexicographorum illorum princeps aetate, quum scriptorum praecedentium errores animadvertisset, primus ad eos rejiciendos refutandosque accessisse censendus est, quippe qui Philochori praecipue scriptis niteretur. Caveas vero, ne Philochoro tribuas, quae ab hujus auctoritate prorsus aliena sunt. Is enim nomophylaces discernendos esse a thesmothetis neque unquam monuit neque monere potuit, quum ejus aetate de tali commutatione ne cogitare quidem possent scriptores — quae non ex vana suspicione protulisse me ex ipsis Harpocrationis verbis apparet: *νομοφύλακες· ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο, διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν;* sequuntur deinde singulatim et Dinarchi et Philochori mentiones: *Δείναρχος καθ' Ἱμεραίου καὶ ἐν τῷ κατὰ Πυθέου· Φιλόχορος ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἄλλα τέ τινα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν κτλ.* Aliter vero compilavit clarissima verba incertus ille lexici rhetorici Cantabrigiensis auctor. qui inepte atque absurde incipit: *νομοφύλακες ἕτεροί εἰσι τῶν θεσμοθετῶν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῷ ἑβδόμῳ.* Neque vero errasse mihi videor in eo quod ad unum omnes posteriores lexicographos, qui de nomophylacibus aliquid protulerunt, ex parte pressisse Harpocrationis vestigia ducam. Praeter Suidam enim omnes iisdem fere verbis idem neque quidquam aliud, quod gravioris esset momenti, de hoc magistratu tradunt. De iis vero, quae ille

---

[1]) cf. Pollux. VIII. 94.

[2]) cf. Bekkeri anecdd. pg. 283, 16. pg. 191, 20.

s. v. *οἱ νομοφύλακες* refert, utrum e Philochoro ipso an ex alio scriptore Philochoro quidem inferiore sed superiore Harpocratione manaverint, dubitare licet. Equidem Philochorum ipsum a Suida oculis usurpatum esse nego, quum testis ipsius nomen, quod saepissime affert Suidas ad eorum quae affert auctoritatem augendam, desideretur. Sed aliud, cui major tribuenda est vis, obstat, quominus Suidam ex ipsis Philochori scriptis hausisse statuamus. Universum enim glossae illius argumentum id est, ut nihil Suidae auctori adjudicare possimus. Nunquam vero in mentem venisse Philochoro supra demonstravimus monere, ut vitarent scriptores errorem illum; in quem incidisse quosdam ex ipsis elucet verbis: *ἔδοξέ τισι, τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοῖς θεσμοθέταις· ἀλλ' οὔκ ἐστιν οὕτως.* Ea quae in lexico Cantabrigiensi inveniuntur, paulullum mittere liceat, quum prius ad Pollucis et *λεξέων ῥητορικῶν* auctoris nos convertamus necesse est enarrationes.

Quamvis igitur Pollucis verba multo breviora atque, ut ita dicam expeditiora sint quam Suidae, tamen ad eundem auctorem, quo hic usus est, referenda esse videntur. Ac primum quidem ab Harpocrationis ejusque quasi parasitorum nota abhorret Pollux, deinde vero pauca quae in horum desiderantur enarrationibus solaque apud Suidam s. v. *οἱ νομοφύλακες* accuratius quidem fusiusque explicata inveniuntur, ipse asservavit. Sic Pollux [1]) *νομοφύλακες ἐστεφάνωνται μὲν στροφίῳ λευκῷ*, quae Suidas [2]) exhibet his: *οἱ δὲ νομοφύλακες στροφίοις λευκοῖς ἐχρῶντο;* quae apud Pollucem leguntur *τὴν δὲ πομπὴν πέμπουσι τῇ θεῷ* apud Suidam: *καὶ τῇ Παλλάδι τὴν πομπὴν ἐκόσμουν*, deinde Pollux *τοῖς δὲ προέδροις*, ait, *ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσιν, διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν, ὅσα μὴ συμφέρει*, quae Suidas sic ordinibus inserit: *καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο μετὰ τῶν προέδρων κωλύοντες ψηφίζειν, εἴ τι παράνομον αὐτοῖς εἶναι δόξειε καὶ ἀσύμφορον τῇ πόλει.*

---

1) cf. Pollux VIII. 94.

2) cf. Suidas s. v. *οἱ νομοφύλακες.*

Quae omnia ad Philochorum spectare eo est veri similius, quod evitaverit Pollux et ipsam magistratuum illorum permutationem et Harpocrationis aliorumque admonitionem, quae inest in verbis *ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο, διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν* vel talibus.

Restat, ut ea quae in Bekkeri anecdotis reperiuntur, breviter retractemus atque recenseamus. Alteram nomophylacum mentionem [1]) nullius esse momenti omnes intelligunt: eo majoris vero altera [2]), quum ex ea lectionem illarum rhetoricarum auctorem in eundem incidisse videamus errorem, qui ante omnia evitandus esse videbatur Harpocrationi. Verbis enim *νομοφύλακες· ἄρχοντες οἱ κτλ.* confudisse illum nomophylaces et archontes in aprico est. Si vero insequentem perlustramus sermonem, dubitare nequimus, cui tribuendus sit auctori. Recorderis quaeso illorum: *νομοφύλακες· ἄρχοντες οἱ ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν βουλῇ μετὰ τῶν προέδρων καθήμενοι καὶ ἀναγκάζοντες αὐτοὺς τοῖς νόμοις χρῆσθαι καὶ κωλύοντες ἐπιψηφίζειν, εἴ τι εἴη παράνομον ἢ ἀσύμφορον τῇ πόλει.* Nonne cum ceteris omnibus quae de nomophylacibus tradita habemus haec artissime cohaerent et rerum et verborum similitudine? Nullus igitur dubito, quin haec quoque verba ad ea, quae Philochorus in septimo commentariorum libro enarravit, referam.

Quibus explicatis ad ea accedamus quae in lexico rhetorico Cantabrigiensi leguntur. Priusquam vero ad verba ipsa, quae ad magistratum de quo agitur Atheniensem spectant, collustranda transeam, licet de opere ipso pauca praefari. Illud enim in margine Harpocrationis codicis Cantabrigiensis scriptum inveniri et supra jam commemoravimus et satis notum est, quum recentiore aetate a pluribus publici juris factum sit viris doctis. Quum vero mihi ipsi non liceret codicem inspicere, ea quae digna videntur ex illorum disputationibus repetam.

---

1) cf. Bekkeri anecdd. pg. 191, 20.

2) cf. ibid. pg. 283, 16.

Optime disseruit de opere Meierus [1]), qui in praefatione editioni praemissa: „Adjecerat, inquit, illud Dobraeus Photii lexico, quod ab Ricardo Porsono e codice Galeano descriptum Cantabrigiae annos h. s. vicessimo altero ediderat; idemque anno tertio et vicesimo una cum illo lexico Lipsienses operae repetiverant.“ Deinde pergit: „Sed ante omnia perscribamus, quae Dobraeus ipse de eo fragmento pradicavit praef. X. sq.: „Adjeci fragmentum lexici rhetorici, optime quidem notae, sed misere foedatum et cum nullius momenti glossis permixtum.“ Ascripsit alia manus marginibus Harpocrationis Bibl. Publ. Cantabr. Dd. 4, 63. Accessiones ineditas ad Harpocrationem e Bibl. Reg. (Bibliotheca Joannis Mori Episcopi Eliensis, quam possidet academia e ‚munificentia‘ vere ‚regia‘ Georgii Primi. Dobr.) Cantab. vocat Taylorus (cf. ut his utar, quae Taylorus tum in Lect. Lys. pg. 298 ed. Reisk posuit, ubi quae hic grammaticus pg. 669, 19 de *ἀργίας* judicio habet, tanquam ‚Harpocrationis articulum ineditum‘ laudat tum quae in adnotatione in Demosth. or. c. Mid. pg. 563 ed. Reisk. de *προβολῆς* judicio ex hoc grammatico disseruit, descripta a me in adnotatione ad pg. 673, 23. Meier.) ad Oratores, operis scilicet non contracti particulas ratus. In eadem sententia fuisse Porsonum, e Burneio ni fallor audivi. Scribae manus etsi non inelegans compendiis plena est, quae flavescente atramento vereor, ne subinde me eluserint, quamvis chartas meas summa cum cura bis ad codicem exegerim. Ipse autem vides me omnia bona mala sana corrupta sine mutatione hic sistere voluisse.‘ Tum: ‚Verum falsos esse Taylorum et Porsonum neque id fragmentum integriori et ampliori Harpocrationi depromptum sed generis plane ab Harpocrationeo lexico diversi esse non operosa res est demonstraturo. Etenim illud in commentatione de lexicis rhetoricis [2]) satis nobis

---

[1]) cf. M. H. E. Meier, fragmentum lexici rhetorici post Dobraeum emmendatius edidit et illustravit. Ind. lectt. Hal. 1844.

[2]) cf. M. H. E. Meier dissertt. de lexic. rhet. Indd. Hal. ab anno 1842—1844.

effecisse videmur distinguenda diligenter esse duo lexicorum rhetoricorum genera, unum eorum, quae sub Caesare et Augusto condi coepta neque illis glossis explicandis scriptores Tiberio posteriores adhiberent: alterum eorum, quae sub Hadriano institui coepta paterent latius et omnem fere Atticorum pedestris orationis proprietatem comprehenderent; illius generis esse Harpocrationis lexicon, hujus generis fuisse lexicon Aelii Dionysii et Pausaniae. Jam vero quod nunc typis repetimus fragmentum, ad posterius genus lexicorum rhetoricorum referendum neque cum Harpocratione et id genus lexicis comparandum esse apparebit dubitantibus, si modo contulerint glossas *ἀγωγεύς* 663, 1. *ἀγωνία* ibid. 9. *ἀγωνοθέτης* ibid. 13. *ἀγαυρὸς* ibid. 14. *ἀγήτωρ* ibid. 15. *ἀγύρτης* ibid. 17. *ἀβροχίτων* ibid. 18. *ἀγών* ibid 19. *ἀγυιά* 664, 2. *ἀγνώμονες* ibid. 1. *ἀγορά* ibid. 10. *ἀγωγή* ibid. 13. *ἄτοπον* 665, 1. *ἔκκλητον* 668. 3. *ἐπιθαυμάζειν* 669, 26. *ἱερὸς γάμος* 670, 29 *νυμφαγωγούς* 673. 23. *παρηγοροῦμαι* 676, 17. et quae de discrimine inter *ἀγωνοθέτην* et *ἀθλοθέτην* 665. 12. inter *ἄγροικον* et *ἀγροῖκον* 664, 4 inter *ἐπιτολὴν* et *ἀνατολήν* 669, 9. inter *ὅρον* et *ὁρισμόν* 674. 13, inter *ὀροσάγγην*, *σαγγάνδην* et *παρασάγγην* ibid. 19 traduntur; ea enim omnia ab decem oratorum lexicis longissime absunt et glossarii potius sunt aut Platonici, ut *ἀγνώμονες* et *ἄτοπον* aut comici, ut *ἐπιθαυμάζειν*, aut tragici ut *ἔκκλητον*, aut epici ut *ἀγών* aut commentarii de differentiis verborum, ut *ἀγωνοθέτης*, *ἄγροικος*, *ἐπιτολή*, *ὅρος*, *ὀροσάγγης* . . . . . At vero ipsae glossae adeo sunt bonae mixtae malis, ut integrum opus, cujus illa est particula ne cum Pausaniae quidem aut Aelii Dionysii lexicis comparaverim, sed, si quid conjectare possumus, non melioris notae fuisse credamus, quam rhetoricum lexicon illud, quod Imman. Bekkerus in Anecdotis publici juris fecit.' Ex his omnibus, quae recte enucleata esse omnes sibi persuadebunt, qui in tractando illo versati erunt, satis jam apparet, quantum fidei tribuendum sit auctori.

Quum vero Hermanni Sauppii viri summi humanitate atque liberalitate in usum meum conferre liceret alteram

lexici illius editionem [1]) ab eodem Dobraeo curatam, in qua lectionum varietas majore cum diligentia notata est quam in priore qua Meierus usus est editione, operae pretium esse putavi, glossam, de qua agimus, iterum exscribere: *.ομοφύλακες· ἕτεροι εἰσὶ τῶν θεμοθετῶν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ ζ΄. οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον ἐστεφανωμένοι· οἱ δὲ νομοφύλακες στροφία χαλκὰ ἄγοντες* (Lgee *στροφία λευκὰ ἔχοντες* e Phot. et Polluc. VIII. 94. Dobr.) *καὶ ταῖς θεαῖς* (sic) *ἐναντίον ἀρχόντων ἐκαθέζοντο· καὶ τὴν πομπὴν ἔπεμπον τῇ Παλλάδι· τὰς δὲ ἀρχὰς ἠνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῇ βουλῇ μετὰ τῶν προέδρων ἐκάθηντο, κωλύοντες τὰ ἀσύμφορα τῇ πόλει πράττειν· ἑπτὰ δὲ ἦσαν· καὶ κατέστησαν, ὡς Φιλόχωρος* (sic) *ὅτε Ἐφιάλτης μόνη* (sic) *κατέλιπε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος.*

Quae si primum cum ceteris praecipue iis, quae a Polluce et Suida s. v. *οἱ νομοφύλακες* enarrantur, comparamus nimius haud dubie conspicitur consensus et rerum explicandarum et verborum ordinum. Sed dum in Suidae glossa meram auctoris diligentiam vel, ut ita dicam, morositatem admiramur, negligentiam ejusdem ignorare nequimus, quae maxime, ut parti illorum auctoritatem detraheremus, nos commovit. Sunt vero duo potissimum momenta, quae omnes, qui in hac quaestione versabuntur, ad judicium nostrum ducere debent. Ac primum quidem — id quod supra jam exposuimus — erravit glossae illius auctor, quod Philochorum nomophylacum et thesmothetarum diversitatem exhibuisse dicit. Deinde autem abhorrent verba *καὶ κατέστησαν, ὡς Φιλόχωρος, ὅτε Ἐφιάλτης μόνη κατέλιπε τῇ ἐξ Ἄρειου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος* non solum a

[1]) Plenus hujus editionis in Germania fere incognitae titulus est: Lexicon rhetoricum Cantabrigiense. E margine MS. Harpocrationis Bibl. publ. Cantabr. Dd. 4. 63. exscripsit eo consilio ut ederetur P.P. Dobree. Cantabrigiae: e prelo Pithano, typis ac sumtibus academicis excudente J. Smith. Veneunt apud J. et J. J. Deigthon Cantabrigiae; J. G. et F. Rivington Londini MDCCCXXXIV.

Philochoro verum etiam ab ipso lexici illius auctore. Priusquam vero ad haec demonstranda perveniamus, subsistamus necesse est in singulis quae in ordinibus exstant corruptelis dijudicandis atque recensendis. Quum vero Meierum [1]), qui primus in hoc lexicum rhetoricum tractandum operam contulit, in iis potissimum, quae ad glossae illius argumentum illustrandum proferuntur, non tenuisse mihi rectam emendandi rationem persuaserim, pauca de ea quam nos inivimus via praemittenda sunt. Neque vero — id quod sagacissime enucleasse sibi videtur Meierus — cohaerere libellum ex omnibus partibus cum Harpocrationis lexico demonstratnrus sum, quippe quum in hac disputatione lapsurus essem, sed plane abhorrere eum ab hoc negandum est. Quamquam igitur sententiam accuratius explicare maxime cuperem, tamen, quominus efficiam et temporis et propositi mei angustiae sunt impedimento. Alias fortasse licebit. Sed ne audacior in hoc judicio ferendo quam segnior in demonstrando videar, ea in mentem revoces quaeso, quae Dobreus [2]) in praefatione editionis lexici Cantabrigiensis exposuit. Dicit enim vir doctissimus: ‚Qui haec fragmenta Harpocrationes margini intulit, est alius ab eo, qui textum exscripsit. Harpocrationis tamen codicem illum habuisse ex eo liquet, quod in v. *Ἀδύνατοι* verba *τῆς ἡ· ἑκάστης — ἀδυνάτου ἐν ᾧ ὡς ὀβολόν* in textu omissa supplet. Vide et hic, ad *Ἐκκλητεύειν*. Articulum, *Ἀντομοσία* (sic): *τινα γρ.* etc. habet, plane ut Harpocr. editus et ipse MS. suo loco. Vide ad *Ἀντιγραφή* fin. Vide Taylor. Praef. ad Demosth. c. Mid. Tom. IX. pg. 563. Reisk. Addenda fr. Lys. Tom. VI. pg. 42 R.‘ Quum igitur lexicon nostrum in pluribus Harpocrationis codicibus infuisse simulque cum iis transscriptum esse verisimile sit, quid mirum quod grammatici in illo tractando ad hunc saepius respexerunt et mutaverunt, quae mutanda unicuique sunt visa? Itaque quum

---

[1]) cf. M. H. E. Meier l. c.

[2]) cf. ed. a. 1834. Cantabrig.

Suidam integra fere Philochori verba exhibuisse intellexerimus summaque inter illius et incerti grammatici sermonem similitudo intercedat, in hujus glossa emendanda certa emendandi fundamenta posita sunt.

Jam in censum voco, quibus ad Philochorum spectare narrationem affirmatur: *ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ ζ'* et *καὶ κατέστησαν, ὡς Φιλόχορος, ὅτε Ἐφιάλτης κτλ.* Scripsisse enim videtur lexici auctor: *νομοφύλακες· ἕτεροί εἰσι τῶν θεσμοθετῶν· οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες κτλ. . . . οἱ δὲ νομοφύλακες κτλ.* cf. Suidam: *οἱ νομοφύλακές τινες· ἔδοξέ τισι, τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοῖς θεσμοθέταις· ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως· οἱ μὲν γὰρ θεσμοθέται κτλ. . . . οἱ δὲ νομοφύλακες κτλ.* At unde irrepserunt glossemata? Videlicet ex Harpocratione translata esse patet. Quum enim quilibet grammaticus, qui verba illa interpretanda sibi proposuit in Harpacrationis textum respiciens similitudinem quandam verborum praecipue utriusque initii animadvertisset, transscripsit haud dubie, quae transscribenda esse sibi persuasit: *Φιλόχορος ἐν τῇ ζ'*. Itaque accidit, ut non Philochori nomen solum verum etiam ejusdem commentariorum librum septimum apud grammaticum inveniamus. Prorsus eodem modo irrepsisse in textum alteram Philochori commemorationem infra demonstrabimus.

Quod deinde de thesmothetis, qui coronis ornati in Areopagitarum collegium recipiebantur, a lexicographo nostro traditur, idem exstat apud Suidam. Probanda autem Meieri sententia mihi videtur, qui pro *ἄρχοντες* dicendum fuisse ducit *θεσμοθέται*. Quamvis enim saepius universum archontum collegium thesmothetarum nomine [1]) appelletur, tamen nunquam thesmothetarum collegium archontum nomine significatur. Refellenda vero sunt *μυρρίνη* sive *μυρ-*

---

[1]) cf. Schol. ad Aristoph. Vesp. 775: *ἐπειδὴ θεσμοθέται καὶ δέκατος ὁ γραμματεὺς κληροῦσι τοὺς δικαστὰς τοὺς τῆς αὐτῆς φυλῆς ἕκαστος.* cf. Boekh C. J. I. pag. 440. Meier, Philol. Blätter. Breslau 1817. 8, 101—103. de Bon. damn. pg. 43. Wachsmuth, Hellen. Alterth. I. pg. 488. C. Fr. Herrmann, G. S. A. §. 138. 3. Schoemann, Gr. A. I. pg. 425.

ρίνης στεφάνῳ, quae Meierus ad *ἐστεφανωμένοι* addi voluit, quippe quae apud Suidam quoque desint; nimia deinde haud dubie foret morositas, si *κατὰ τὰ πάτρια* illa, quae Suidas exhibet, in nostrum transferre vellemus textum. Majorem autem corruptelam latere in verbis *οἱ δὲ νομοφύλακες στροφία χαλκὰ ἄγοντες* animadvertit jam Dobraeus, qui optimo jure secundum Suidam [1]) et Pollucem [2]) corrigendum esse censuit *στροφία λευκὰ ἔχοντες*. Insequentia deinde verba, quae leguntur *καὶ ταῖς θεαῖς* (sic) *ἐναντίον ἀρχόντων ἐκαθέζοντο* emendanda: *καὶ ἐν ταῖς θέαις* (adjici velim e Suida *ἐπὶ θρόνων*) *ἐναντίον τῶν ἔννεα ἀρχόντων ἐκαθέζοντο*. ‚Quod vero, ait Meierus, ad tertium attinet *καὶ τὴν πομπὴν ἔπεμπον τῇ Παλλάδι*, id habet sane etiam Pollux *τὴν δὲ πομπὴν ἔπεμπον τῇ θεῷ*, sed utroque accuratior est Suidas: *καὶ τῇ Παλλάδι τὴν πομπὴν ἐκόσμουν, ὅτε κομίζοιτο τὸ ξόανον ἐπὶ τὴν θάλασσαν*, nam hinc apparere videtur non pompam Panathenaeorum sed aliam nescio quam a nomophylacibus adornatam esse, qua Poliadis simulacrum ad mare deferri solitum sit.' Satis igitur hanc pompam ad festum Plynteriorum [3]) celebrandum ad mare paratam ductamque esse constat. Rectissime mihi quidem Petersenius [4]) ex eo, quod a nomophylacibus pompam illam Palladis paratam esse traditur, collegisse videtur, simulacrum illud fuisse idem, quod Troja expugnata ad Atheniensium regem Demophonem, quem primum *φόνου ἀκουσίου* qui vocatur accusatum judicium *ἐπὶ Παλλαδίῳ* condidisse Pausanias [5]) narrat, translatum et in hujus tribunalis aedificio positum esset [6]).

Differunt deinde, quae in nostro inveniuntur lexico: *καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῇ βουλῇ μετὰ τῶν προέδρων*

1) cf. Suidas. l. l. Photius.
2) cf. Pollux VIII. 94.
3) cf. Hoffmann. Pan. pg. 64. Rinck. Rel. d. Hell. II. pg. 178.
4) Petersen, Feste d. Pall. pg. 12.
5) Pausanias I, 28, 8. sq.
6) cf. Mommsen, Heortol. pg. 429 sqq.

ἐκάθηντο a Suidae verbis: *καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο μετὰ τῶν προέδρων.* Quamvis igitur illius lectionis auctoritatem ea firmare videantur, quae lexici Seguiriani auctor praebet [1]): *νομοφύλακες· ἄρχοντες οἱ ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν βουλῇ μετὰ τῶν προέδρων ἐκάθηντο* tamen num illa *καὶ ἐν τῇ βουλῇ* genuinam auctoris scripturam fuisse statuam, maxime dubito. Fieri sane potuit, ut nomophylaces cum in concionibus tum in senatu locum tenerent; sed quum Suidas itemque Pollux, qui indidem unde ille hauserunt, de hoc nomophylacum privilegio taceant, auctor vero lectionum illarum rhetoricarum ab his fontibus plane fere abhorreat, quid impedit quominus interpolata esse verba *καὶ ἐν τῇ βουλῇ* statuamus?

Jamjam ad eam glossae partem pervenimus, quam pro nugis grammatici cujusdam habendam esse supra jam professus sum. Desunt enim primum *ἑπτὰ δὲ ἦσαν· καὶ κατέστησαν, ὡς Φιλόχωρος, ὅτε Ἐφιάλτης μόνη* (sic) *κατέλιπε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος* apud Suidam. Mirum profecto, quod quae maximi gravissimique momenti fuerunt, ea prorsus neglexit neque quidquam de aetate qua instituebantur nomophylaces tradidit ille. Sed etiamsi omnia, quae in ordinibus illis leviora menda vitiaque reperiuntur, mittimus, quid quaeso auctoritatis tribuenda est auctori, qui in primo jam testimonio afferendo — *ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ ζ'* — lapsus est? Non modo non inspexisse sed ne cognitum quidem habuisse Philochorum censendus est lexici illius rhetorici Cantabrigiensis auctor — sed ne auctori ea, quae potius aliis danda sunt, crimina inferam paucis explicem necesse est, quo modo additamentum illud ortum esse mihi persuaserim. Quum enim thesaurum illum lectionum rhetoricarum creberrime in usum contulisse viri docti videantur eaque de causa saepissime eum transscriptum esse verisimile sit — id quod e mendorum vitiorumque multitudine atque copia satis apparet [2]) — fa-

---

[1]) cf. Bekker anecdd. pg. 283, 16.

[2]) cf. Dobraeum in praef. ed. a. 1834.

cillime tale doctrinae atque eruditionis documentum, quale inest haud dubie in verbis *καὶ κατέστησαν τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος*, adjiciendum esse sibi persuadere potuit grammaticus, cujus nominis nihil interest. Quod quum ab alio inveniretur, Philochoro ipsi tribuebatur — quid enim probabilius, quam quod hoc quoque ad Harpocrationis verba ,*Φιλόχορος δὲ ἐν τῷ ζ' ἄλλα τέ τινα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν*' spectare censuerint liberarii? Neque vero levioribus difficultatibus siugula commenti illius verba intricata sunt. Quid enim septem sibi volunt nomophylaces? Nusquam et nunquam in Atheniensium republica septemvirorum collegium invenitur. Quod quum per se solum jam foret argumentum, quo narrationis illius fides atque auctoritas satis debilitatum iret, accedit tamen huic ipsi rei aliud, quod mihi quidem majoris jam esse videtur ponderis. Re vera enim, si septem virorum collegium fuisse nomophylaces pro certo accipimus, quomodo quaeso ut nomophylaces cum thesmothetis, quos sex fuisse constat, confunderentur fieri potuit? Si quis grammatico illi vel potius interpreti interpolanti fidem tribui vellet, corrigendum haud dubie esset *ἓξ δὲ ἦσαν*. Verum tamen hac perquam levissima mutatione non melius procedit, quod de insequentibus restat disputandum. De Philochori testimonio falso allato conferas quae supra exposui. Scribendum deinde fore pro *μόνη*, quod vitium librarii negligentiae tribuimus, *μόνα* satis liquet. Tum in explicandis *τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος* accuratius versemur necesse est. Minime enim probari velim eorum sententiam, qui his verbis potissimum nitentes enarrationis totius auctoritatem removent. Nimis profecto artificiose excogitasse mihi videntur Boeckhius [1]) et Voemelius [2]) differentiam aliquam inter verba *τὰ φονικά* et *τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος* intercedentem. Immo quum omnes fere, quae in Areopago ferebantur, causae ad capita, ut latinam usurpem significationem, eorum qui accusabantur pertinerent capi-

[1]) cf. Boekh. l. l. pg. 27.

[2]) Vömel, Allgem. Schulz. 1830. Abth. II. St. 83.

taque illa in sermone judiciali a Graecis quoque *σώματα* dicerentur non est, cur in illis verbis haereamus. Sic inveniuntur apud Thucydidem [1] *περὶ πολλῶν σωμάτων καὶ χρημάτων βουλεύειν*, apud Isocratem [2] *περὶ τοῦ σώματος κινδυνεύειν*, apud Demosthenem [3] *τὸ σῶμά (ἐστίν) τινι ὑπεύθυνόν τινος*. Itaque non inepte quidem judicia capitalia *τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος* ab eo dicta esse reor, quem a mero illo Atticorum oratorum sermone plus minusve abalienatum jam fuisse constat.

Attamen male hanc de nomophylacibus commentationem pertexisse mihi viderer, si his reputationibus solum fretus magistratum illum Atheniensem Ephialtis Periclisque temporibus exstitisse negarem. Immo multa accedunt, e quibus posteriore demum aetate nomophylaces institutos esse colligi potest.

Deterritis a terra Graeca Persarum copiis quum plane novus rerum ordo instaret, in magno illo inter optimates et populares certamine existerent necesse fuit duae factiones [4] altera quae penes paucos summam rerum manere, altera quae populi auctoritatem augendam esse censebat. Priusquam vero hujus factionis principes majorem vim populo se paraturos esse sperare possent, Areopagi auctoritatem, quae in illius factionis robore nitebantur, dominuere eos oportuit. Quod gravissimum perficiendum Pericles ejusque sectatores sibi proposuerunt. Neque frustra emolumentum! Rogationibus enim Ephialteis ita deminuebatur Areopagi gravitas, ut integris religionibus nil nisi causarum capitalium cura ei relinqueretur. Jam haec deperdita jura Areopagitica excepisse dicuntur nomophylaces. Sed quantum abhorrebant Ephialtis consilia a tali, qualis fuit, magistratu instituendo! Quamque alienum esse oportuit ejusmodi magistratum ab Atheniensium reipublicae natura!

---

1) cf. Thuc. I, 136.
2) Isocr. XVII, 34.
3) Demosth. XXII, §. 55. XXIV, §. 166 sq.
4) cf. Curtius, G. Gesch. II. pg. 144 sq.

Certo nunquam ii, qui optimatium dominatione eversa ad populum transferre studuerunt principatum, id agere potuerunt ut in ruinis quasi inimicae factionis aliud exstruerent praesidium, cujus natura ex aliis civitatibus satis cognita esse debebat Atheniensibus. Nonne illis ipsis temporibus, quibus Ephialtes ad optimatium splendorem evertendum tulit rogationes, offenderet necesse fuit populum nomen solum *νομοφυλάκων*? Nonne, quaeso, sibi ipsis vindicare potuerunt legum custodes quae de Areopagi dignitate deminuta erant? Nonne frustra fuissent, si id accidisset, emolumenta Periclis ejusque amicorum? Sed, si nomophӯlaces a Pericle ipso creatos institutos esse credimus, admiramur fortasse Atheniensis civis facile principis prudentiam atque sagacitatem. Neque enim ita coartasse solum sua ipsius gravitate illorum auctoritatem putandus esset Pericles, ut ipso invito nihil suscipere ausi essent, verum etiam — id quod gravioris haud dubie esset momenti — obtexisset magistratus vanitatem splendido nomine, quippe quum in Atheniensium civitate numquam ad eam, quam usque ad illud tempus sacrum illud sanctumque Areopagitarum collegium obtinuerat magnificentiam, ullum magistratum ne splendidissimum quidem perventurum esse optime praecepisset animo.

Attamen minime his deliberationibus Pericles ductus esse videtur, quum Areopagi potentiam debilitandam suscepit — immo delere solum neque creare magistratum studuit rogationibus illis ferendis. Quantum vero sibi conciliaturus fuisset popularis gratiae fideique si provincias Areopagiticas, quae deperditae jacebant, a novo magistratu confestim excipi passus esset? Neque ad religiosam illam legum conservandarum curam, qua Areopago et impedire suffragia et removere magistratus et interpretari ad arbitrium libidinemque licuerat, coercendam neque ad jurisdictionem vel administrationem aliter exercendas sed ad universam optimatium factionem e civitate plane removendam delendamque spectabant rogationes illae. Jam si populum eo duci posse putabant, ut his, quae ad vetutissima civitatis

instituta pertinebant, mutationibus assentiretur atque faveret, non profecto altera manu freni quasi dandi, altera adhibendi fuerunt. At totam amplexus est Pericles consiliorum suorum gravitatem: ipse, si Areopagitica illa legum custodiendarum cura re vera fuisset necessaria, minime senioribus illis et genere, dignitate, morum integritate clarissimis viris, qui omnes de republica optime meriti erant, erepturus fuisset, ut eorum multitudini eam crederet, qui civitatis regendae fere expertes nil nisi patriae caritatem prae se tulerunt. Sed quid amplius — in ipsa Atheniensium republica legibus institutis ea conspiciebat praesidia, quae, quominus vetustissimi illi Solonis ordines interirent, maxime impediverunt. Ad hanc vero de praesidiis, quae ad civium licentiam coercendam condita erant, quaestionem recte dijudicandam, duas discernamus reipublicae partes necesse est, alteram quae legum ferendarum, alteram quae exercendarum rationem amplectebatur.

Ac primum quidem de primae cujusque singulorum annorum concionis nomothetarumque magistratus muneribus dicendum est. Quamvis de tempore quo quae huc pertinent instituta sint dubitetur [1]) tamen Periclis aetate fuisse illa satis constat. Quum vero non meum sit, in omnia quae huic magistratui credita erant munera accuratius inquirere, paullulum tantnm in iis explicandis versari liceat [2]).

---

[1]) cf. Wachsmuth, Hellen. Alterthumsk. pg. 453. C. Fr. Hermann, Gr. A. I, §. 113. 5. Abhdl. d. Gött. Gesellsch. d. W. IV. pg. 73 sqq. Grote, history of Greece V. pg. 511. Bake, schol. hypom. IV, pg. 26 sq.

[2]) cf. de nomothetis Schoemann, de comit. pg. 248 sqq. antiquitt. jur. publ. pg. 227., animadverss. de nomothetis. Gryphisw. 1854. Opusc. acad. I. pg. 217—259. Verfassungsgesch. Ath. pg. 53 sqq. Gr. Alt. I. pg. 402 sqq. Platner, Proz. u. Kl. II. pg. 27—39. C. Fr. Herm. G. A. I. §. 131. 6. cf. potissimum Demosth. Timocr. §. 20: *ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ ἐν τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν εὔξηται ὁ κῆρυξ, ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τῶν βουλευτικῶν, δεύτερον δὲ τῶν κοινῶν, εἶτα οἳ κεῖνται τοῖς ἐννέα ἄρχουσιν, εἶτα τῶν ἄλλων ἀρχῶν . . . . ἐὰν δέ τινες τῶν νόμων τῶν κει-*

Cujusque anni initio ad primam primae prytaniae concionem convocabatur Atheniensium populus, ut leges — id quod Athenienses ipsi *ἐπιχειροτονίαν νόμων* vocabant — censeret. Referebant igitur in hac ecclesia Prytanes de legibus populumque in suffragium mittebant primo loco de iis, quae ad senatum, deinde de iis, quae ad rem publicam universam, tum quae ad novem archontes, postremo quae ad ceteros pertinebant magistratus. Quod ita fiebat, ut de singulis legum generibus populus in suffragium eundo decerneret ante omnia, utrum quod aderat sufficeret an secus. Si quas ex legum receptarum numero populus repudiari jussit, prytanes, eo tempore munere fungentes, providebant, ut de iis legibus, quas suffragiorum major pars repudiaverat, in tertia ecclesia consilia inirentur; proedri ejus tertiae ecclesiae agebant cum populo de nomothetis deligendis, de legibus eorum judicio permittendis et omni potestate regenda, simul de mercede iis judicibus publice comparanda. Nomothetae vero ex eorum numero creabantur, qui jus dixerunt in heliaea, et jusjurandum dabant quod ab Heliastis exigi solet. Ante ecclesiam vero tertiam si quis Atheniensium leges ferre vellet, publice primum, quas laturus esset, ante Eponymorum statuas praescriberet necesse fuit, ut pro numero propositarum legum populus spatium temporis praestituere posset nomothetis ad negotium curan-

μένων ἀποχειροτονηθῶσι, τοὺς πρυτάνεις, ἐφ᾽ ὧν ἂν ἡ ἐπιχειροτονία γένηται, ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν· τοὺς δὲ προέδρους, οἳ ἂν τύχωσι προεδρεύοντες ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, χρηματίζειν ἐπάναγκες πρῶτον μετὰ τὰ ἱερὰ περὶ τῶν νομοθετῶν, καθ᾽ ὅ, τι καθεδοῦνται καὶ περὶ τοῦ ἀργυρίου, ὅποθεν τοῖς νομοθέταις ἔσται· τοὺς δὲ νομοθέτας εἶναι ἐκ τῶν ὀμωμοκότων τὸν ἡλιαστικὸν ὅρκον . . . . πρὸ δὲ τῆς ἐκκλησίας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων γράψας τοὺς νόμους οὓς ἂν τιθῇ, ὅπως ἂν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν τεθέντων νόμων ψηφίσηται ὁ δῆμος περὶ τοῦ χρόνου τοῖς νομοθέταις κτλ. cf. Westermann, Abh. d. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. I. pg. 3—46. Kayser, Heidelb. Jahrb. 1851, pg. 664. 1853, pg. 386. cf. Wolf ad Demosth. Leptin. pg. CXXXXVI.

dum. Si igitur permiserat populus novas veterum abrogandarum loco promulgari leges, patroni [1]) creabantur, qui *σύνδικοι* vel *συνήγοροι* vocati, veteres illas leges in Nomothetarum collegio defenderent. Sed praeter istos a populo creatos cuivis alii patronomorum munus exercere licuit ita ut omnibus ex partibus legum integritas conservaretur. Sed ne minimam quidem licentiae speciem restitisse docent Pollucis [2]) verba, ex quibus absque senatus consulto nullam neque rogationem neque abrogationem legis ad populum ferri potuisse videmus: ‚*Τοὺς γὰρ νέους νόμους ἐδοκίμαζεν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ τὰ δικαστήρια*'.

Jam ad naturum nomothetarum magistratus recte cognoscendam afferre liceat Schoemanni [3]) verba, quibus praestantiora vix quisquam proferet: ‚De legibus, ait vir doctissimus, multo diligentius a Solone provisum erat, ne cuivis quovis tempore facilis et expedita esset novarum rogandarum veterumque abrogandarum facultas. Verissime enim judicabat, novatis crebro legibus nullam aut exiguam esse vim atque auctoritatem, easque demum religiose observari solere, quibus longi temporis usu ac diuturna consuetudine cives assueti et quasi innutriti essent. Itaque melius saepe ac salubrius veteres leges etiam minus bonas tolerari quam novas licet melioribus cupide commutari [4]), quippe minus perniciosum esse malis legibus obtemperari quam bonas negligi. Quamobrem non mobili demagogorum artibus obnoxiae et ad novandas res pronae multitudini tanti negotii arbitrium permittendum esse censuit, sed selectis quibusdam ex Heliastarum ordine viris, ad tempus a populo creandis,

---

[1]) de numero discrepat Demosth. XXIV. §. 23, ubi quinorum et XX. §. 146, ubi quaternorum mentio fit.

[2]) cf. Pollux VIII. 101.

[3]) cf. de comit. pg. 250 sqq.

[4]) cf. Aristot. Pol. II. c. 8 extr. *Ὁ γὰρ νόμος ἰσχὺν οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι, πλὴν παρὰ τὸ ἔθος. τοῦτο δὲ οὐ γίνεται εἰ μὴ διὰ χρόνου πλῆθος· ὥστε τὸ ῥαδίως μεταβάλλειν ἐκ τῶν νόμων εἰς ἑτέρους νόμους καινοὺς, ἀσθενῆ ποιεῖν ἐστι τὴν τοῦ νόμου δύναμιν.* cf. Thuc. III. 37. *Χείροσι νόμοις χρωμένη πόλις κρείσσων ἐστὶν ἢ καλῶς ἔχουσιν ἀκύροις.* Schoem.

id munus tribuit, ut de novis legibus jubendis veteribusque tollendis judices sederent suoque suffragio jura civitati constituerent; quod institutum non alio pertinebat, quam ad democraticum imperium optimatium auctoritate salubriter temperandum. Nihil enim magis democraticum [1]) est, quam a plebis voluntate leges ipsas pendere: illi autem nomothetae (ita enim selecti isti Heliastae dicebantur) aristocraticae magis reipublicae formae, qualem Solon instituit, convenire videntur; siquidem ista quidem aetate, cum sine mercede judicia exercerentur, Heliastae ex opulentioribus tantum et primarum classium civibus esse solebant, quibus rei familiaris cura solutis liberaliter reipublicae servire licebat'.

In hac igitur legum ferendarum ratione vix quidquam magistratui nomophylacum restitisset faciendum. Plane supervacaneum fuisset, si in concionibus exercuissent jus, quod his explicatur Pollucis [2]) aliorumque, quos supra enumeravi, verbis: *τοῖς δὲ προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσι, διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν ὅσα μὴ συμφέρει.* Neque vero custodiisse illos nomothetarum collegium sive in recipiendis sive in rejiciendis rogationibus verisimile est, quum universa jam agendi ratione et patronomorum creatione et potestate defendendi unicuique data et jurejurando a nomothetis exacto et ipsa singulorum nomothetarum auctoritate satis rei publicae prospere gerendae consultum esse intelligamus. Sed etiamsi nonnunquam adversus ordinem a Solone constitutum atque praeter leges rei publicae perfectas esse mutationes constaret, vix quisquam earum causam in eo quaeret, quod magistratus, cui institutorum integritas curanda fuisset, deesset — immo populare imperium licentiamque multitudinis nomophylaces, qui vocantur, frustra oppugnaturi fuissent. Sed de hac re certi quidquam non licet proferre, quod neque de magistratu illo Periclis aetate instituto neque de rogationibus praeter leges latis compertum quidquam habemus.

---

1) cf. Arist. Pol. IV. 4.

2) cf. Pollux VIII. 94.

Alterum vero haud scio an gravius juris publici praesidium, quod praecipue ad psephismata [1]) perniciosa prohibenda spectabat, fuisse *γραφὴν παρανόμων* [2]), quae vocatur liquet. Rectissime igitur distinxit Schoemannus duo *πρανόμων* genera, alterum in rogandi et ferendi modo, alterum in ipso legis argumento positum. Fuerunt enim huic accusationi noxii et qui in illam apud nomothetas legum rogandarum vel abrogandarum rationem peccabant et qui in privatorum usum neque universae civitatis causa tulerunt leges. Utrumque vero *γραφῆς* illius genus ad ea pertinebat, quae in populi concionibus agebantur, in quibus cuilibet, qui non expers fuit civitatis, rogationes ferre licebat; quae rogationes ad senatus consulta, quae vocabantur *προβουλεύματα*, aut supplenda aut temperanda aut plane refutanda spectabant. Posteaquam autem hae rogationes sive a rogantibus ipsis sive a scriba praesente consignatae fuerunt, tradebantur proedris vel prytanibus, qui concioni praefuerunt, qui, nisi quidquam secundum leges fuit impedimento, recitandas populo, ut suffragium iniretur, curabant. Periclis igitur aetate Areopagi aeque ac prytanum atque proedrorum fuit et examinare rogationes illas et, si videbatur, suffragium qnodque prohibere. Sed quid impedit, quominus Areopagum hoc jure intercedendi ad optimatium factionis vim augendam popularemque dominationem reprimendam refringendamque saepius usum esse statuamus? Immo Pericles eo potissimum consilio, ut hanc Areopagi psephismatum prohibendorum facultatem deleret, populum instigasse videtur. Et fuit sane plane supervacanea facultas. Neque enim Areopago soli priusquam suffragia inirentur inspiciendae atque examinandae fuerunt rogationes illae,

---

1) cf. Lycurg. Leocr. §. 7. *ὅταν μὲν γὰρ τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς δικάζητε, τοῦτο μόνον ἐπανορθοῦτε καὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν κωλύετε καθ' ὅσον ἂν τὸ ψήφισμα μέλλῃ βλάπτειν τὴν πόλιν.*

2) cf. Schoemann, de comitt. pg. 159 sqq. et pg. 272 sq. C. Fr. Hermann Gr. Alt. I. §. 132. Meier et Schoemann, Att. Proz. pg. 262 —286. Bake, schol. hypomn. IV. pg. 52. sqq. Platner, Proz. u. Kl. II. pg. 40 sq.

verum etiam, quos jam vocavi, prytanum et proedrorum collegio. Hujus igitur suffragii prohibendi potestatem non minimi fuisse momenti per se patet: attamen, ut ex omnibus partibus consuleretur rei publicae integritati, praesidi soli, si quid incommodi rogationes continere arbitrabatur, vetare licuit, ne populus in suffragium iret. Omnibus deinde ad judicia ratio reddenda fuit. Sed praeter hoc, quod, suffragiis sive concessis sive prohibitis, imminebat prytanibus et proedris periculum, summam vel extremam suffragiorum tollendorum et repudiandorum potestatem obtinebant et thesmothetarum et heliastarum judicia.

Unicuique enim civitatis participi, ubi primum psephisma ab aliquo ad populum latum aliquid mali continere sibi visus est animadvertisse, surgere et jurejurando, quod *ὑπωμοσίαν* vocant, dato, quo se rogationem praeter leges latam *γραφῇ* illa *παρανόμων* esse in judicio persecuturum profitebatur, vetare licuit ne in suffragium mitteretur populus. Sed latis jam suffragiis intercedendi potestas fuit singulis concionis participibus: quod si fiebat, psephismatis auctoritas usque ad judicium latum in medio suspensa relinquebatur. Quo igitur cives Athenienses sollertiores atque modestiores fuerunt, eo majorem rei publicae regendae atque moderandae praebuisse utilitatem censendum est hoc *γραφῆς παρανόμων* praesidium. Maximum vero imminebat civitati periculum, si a quibusdam sive factiosis sive malignis in sua tantum emolumenta institutum illud adhibebatur. Sed tum ne Areopago quidem neque nomophylacibus rei publicae tuendae facultas futura fuisset.

Contemplantibus deinde nobis alteram reipublicae partem, quae legum exercendarum rationem amplectebatur, singularis illa, quae tribuitur nomophylacibus, munerum a magistratibus recte expediendorum cura non tam videtur fuisse necessaria quam quae desiderari nequeat. Ex ipsa autem populi multitudine, quae quamvis imperium teneat tamen non omnibus negotiis publicis interesse potest, eliguntur magistratus, quos istius loco reipublicae providere rationemque populo reddere oportet.

Maximam vero inter Atheniensium magistratus auctoritatem sibi vindicavit senatus, qui ab ipsis Atheniensibus vocabatur *βουλή* [1]). Subsidia enim, ut ita dicam, populo paravit rei publicae moderandae, quum omnia, quae in concionibus consulenda atque decernenda fuerunt, antea pertractaret. Itaque, ut alia omittamus, excepit [2]), quae referebant imperatores legatique, salutavit [3]) alienarum civitatum legatos secumque in conciones duxit, senatus denique consulta [4]) confecit, de quibus deinde universo disceptandum fuit populo. Itaque haud mirum, quod senatus potissimum universas res publicas custodiebat, quippe quum illarum prospere gerendarum rationem deberet populo. Sic saepissime inveniuntur de hoc magistratu verba *κατὰ τοὺς νόμους βουλεύειν* [5]), *τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν* [6]), *τὰ βέλτιστα τῇ πόλει συμβουλεύειν* et talia [7]). Praefuisse igitur quodam modo censendus est ceteris omnibus magistratibus, quum in iis quoque rebus, quarum curam prorsus aliorum fuisse constat, suam interposuisse auctoritatem tradatur [8]).

E senatoribus delecti fuerunt prytanes [9]), quos omnibus quae in dies gerebantur interesse oportuit. Ad hoc prytanum negotium id potissimum spectare mihi videtur,

---

1) cf. C. Fr. Hermann, G. St. A. §. 125. §. 126. Schoemann antiqq. jur. publ. pg. 210 sqq. Gr. Alterth. pg. 343. 356.

2) cf. Xenoph. Hell. I, 7, 3.

3) cf. Platner, Process u. Klagen pg. 58.

4) cf. Plut. Solon. c. 19. Schoemann, de comit. pg. 95 sq.

5) cf. C. Fr. Hermann G. St. A. §. 126, 1—3. cf. Xenoph. Mem. I, 1, 88.

6) cf. Plut. V. Solon. c. 25.

7) cf. Lysias adv. Philon. §. 1.

8) cf. C. F. Hermann l. c. cf. Argument. Demosth. Androt. pg. 588. Xenoph. Resp. Ath. III, 2. et Antiph. Choreut. §. 49. Isocrat. Trapezit. §. 42. Callim. §. 6. Isaeus, Nicostr. §. 28.

9) cf. C. Fr. Hermann G. St. A. §. 127. 10. 11.

quae supra jam Ciceronem [1]) dixisse de nomophylacibus commemoravi: „nec hi solum litteras — nam id quidem apud majores nostros erat — sed etiam facta hominum observabant.“

Juvat deinde de magistratibus jus dicentibus pauca addere. In quibus maximum splendorum obtinuit heliastarum collegium, cui non solum inferiora custodienda fuerunt judicia, verum etiam — id quod in *γραφῇ παρανόμων* commemoranda tetigi — coercenda ecclesiae ipsius licentia. Omitto de industria inferiora illa, quae vocavi, judicia diaetetarum [2]) atque nautodicarum [3]) quum horum munerum explicandorum nihil intersit. Neque vero in heliastarum negotiis explicandis diutius versari licet, quamvis de tempore, quo ii instituti sint, accuratius disserere et in omnia controversiarum genera, quae ab iis distrahebantur, subtilius inquirere operae pretium sit — id tantum exponendum mihi proposui, quoad, quominus abuterentur legibus cives, illi prohibere potuerint.

Nemo enim, nisi qui trigesimum [4]) vitae annum superaverat, in collegium heliastarum recipiebatur. Itaque omnes, qui juventutis causa rei publicae expertes essent, ut necesse fuit, a judicio alieni fuerunt: deinde vero obligabantur

---

[1]) cf. Cic., de legg. III, 20.

[2]) M. H. E. Meier, die Privatschiedsrichter u. die öffentl. Diaeteten. Halle 1844. 4. Westermann, Ber. d. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. 1847. S. 432 sqq. Bergk. Rh. Mus. VII. pg. 130 sqq. Zeitschr. f. Alterth. 1849. pg. 265. Schoemann, G. A. I. pg. 489. Verfassungsgesch. pg. 44 sq. C. Fr. Hermann, GA. §. 145. cf. Schol. Demosth. Androt. pg. 593: *ἔθος ἦν παρ᾽ Ἀθηναίοις τὰς δίκας γυμνάζεσθαι πρῶτον παρὰ διαιτήταις τισὶ πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὸ δικαστήριον.* Pollux. VIII. 126. *πάλαι οὐδεμία δίκη πρὶν ἐπὶ διαιτήταις ἐλθεῖν εἰσήγετο.* Lex. rhet. Cantabr. pg. 673.

[3]) cf. C. Fr. Hermann G. St. A. §. 146. 4. Schoemann, Verfassungsgesch. pg. 47. Gr. Alterth. I. pg. 491.

[4]) cf. Demosth. Timocr. §. 151. Pollux VIII. 122.

judices jurejurando [1]) ad leges institutaque rei publicae observanda conservandaque. Quamdiu igitur Areopagus universae rei publicae custodiendae potestatem tenuit, tamdiu crimina cujusque generis intendisse potuisse vix quisquam negabit. Qua potestate ademta quum nil nisi judicia capitalia illi relinquerentur, ceterae omnes ad heliastas transferrentur causae necesse fuit. Attamen fuerunt causae, quae aut propter levitatem aut propter gravitatem ad senatum populumque deferrentur, exempli gratia *εἰσαγγελία*, ad quam explicandam confestim perveniemus. Sed has quoque heliastis dijudicandas saepissime traditas esse plurimis confirmari potest exemplis [2]). Ubi vero conspiciuntur nomophylaces, ad quos Areopagiticae illius juris dicendi potestatis pars translata esse dicitur? Ad Heliastas quoque de *γραφῇ* illa *παρανόμων* actum fuisse supra jam dixi. Sed ex omnibus judicium illud populari imperio magis impedimento quam emolumento futurum fuisse apparet.

Quid dicam deinde de rationibus [3]), quas ad reddendas omnes postulabantur magistratus a logistis atque eythynis? Mitto has omnes, quae quasi officiorum agmen sequuntur, earum tantum mentionem faciam, quae, quum insolitorum criminum ansae essent, in ipso muneris exercendi tempore ad Senatum populumque deferebantur. ‚Leges enim ita scribi non possunt ut omnia, quae inciderint, comprehendantur.' Committuntur igitur delicta, ad quae generales legum praescriptiones applicari non possunt. Quae quum ordinario modo ad judicia neque vocare neque dijudicare liceat ex veteribus legibus, ab iis, penes quos sum-

---

1) cf. Harpocr. s. v. *Ἄρδηττος*. Pollux. VIII, 122. Platner, Proz. u. Klagen pg. 80. cf. Sauppe, de dem. urb. pg. 21. Demosth. Timocr. §. 149—151. Meier et Schoem. Att. Proz. pg. 135. Funkhänel, Jahrb. f. Philol. XXXV. pg. 401. Isocr. Callim. §. 34. C. Fr. Hermann, G. St. A. I. §. 134, 9. Schoemann, Gr. Alt. pg. 402.

2) cf. Schoemann, Gr. Alt. I. pg. 389. 409 sqq.

3) cf. C. Fr. Hermann GSA. §. 154. c. nott. Schoemann. Gr. Alterth. I. pg. 422.

mum in re publica est imperium aliquid singulare statuatur necesse est. Apud Athenienses igitur, si quid extraordinario modo delictum esse videretur, ad senatum populumve detulit illud accusator, qui quid de eo faciendum esset statuerent [1]). Jam senatum populumve aut sibi ipsi judicandi munus sumpsisse aut, id quod saepius fiebat, ad Heliastarum judicium rejecisse ita tamen, ut quibus ex legibus judicandus et puniendus esset reus simul statuerent, supra attigi. Haec igitur extraordinariorum delictorum delatio vocabatur *εἰσαγγελία* [2]). Sed dum hae delationes de omnibus sive qui fungebantur magistratu sive qui vacui erant, civibus valebant, aliae exstant, quae, ut ita dicam, libere atque ex sua ipsius voluntate a populo instituebantur. Iis enim, ut Schoemanni [3]) verbis utar, qui probati in judicio magistratum ingressi erant, identidem in comitiis civium censura subeunda erat. In prima enim cujusque prytaniae ecclesia archontum erat officium interrogare populum num

---

[1]) cf. C. Fr. Hermann Gr. St. A. §. 133. Schoemann, de comitt. pg. 180 sq. pg. 299.

[2]) cf. Hyperid. pro Euxen. pg. 5. *ὑπὲρ τίνων οὖν οἴεσθε δεῖν τὰς εἰσαγγελίας γίγνεσθαι; τοῦτ ἤδη καθ᾽ ἕκαστον ἐν τῷ νόμῳ ἐγράψατε, ἵνα μὴ ἀγνοῇ μηδείς· ἐάν τις τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων καταλύῃ . . . . ἢ συνίῃ ποι ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου ἢ ἑταιρικὸν συναγάγῃ ἢ ἐάν τις πόλιν τινὰ προδῷ ἢ ναῦς ἢ πεζὴν ἢ ναυτικὴν στρατιὰν ἢ ῥήτωρ ὢν μὴ λέγῃ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων χρήματα λαμβάνων κτλ.* cf. Pollux. VIII. 51. et Lex. rhet. Cantabrig. ed. Dobree pg. 667: *ἔνιοι δὲ τῶν ῥητόρων εἰώθεσαν καλεῖν καὶ τὰ μὴ μεγάλα ἀδικήματα εἰσαγγελίαν, ἔστι δ᾽ ὅτε ἐμβάλλοντεσ τοὺς συκοφαντουμένους εἰσήγγειλαν, ὡς μὲν Φιλόχορος χιλίων καθιζομένον, ὡς δὲ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς χιλίων πεντακοσίων . . . . . . εἰσαγγελία ἐστὶν ὃ περὶ καινῶν ἀδικημάτων δεδώκασιν ἀπενεγκεῖν οἱ νόμοι, ἔστι δὲ τὸ μελετώμενον ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν διατριβαῖς.* cf. infra. cf. Harpocr. s. v. *εἰσαγγελία* et Suidas. s. ead. v.

[3]) cf. Schoemann, de comit. pg. 330. cf. Harpocr. s. v. *κυρία ἐκκλησία* et C. Fr. Hermann, G. St. A. I. §. 154. 2. Meier de bon. damn. pg. 89. Platner, Proz. und Klag. pg. 330. Meier u. Schoemann, Att. Proz. pg. 574.

qui ex magistratibus in muneribus suis administrandis tam graviter deliquisse viderentur, ut removendi a republica essent. Ibi cuivis etiam privato facultos data erat de magistratuum injuriis ac delictis querelas aut delationes ad populum deferendi; quae si justae et graves populo visae essent, illi muneribus abire coacti etiam ultro in judicium vocari poterant [1]).

Ceterum omnibus, antequam magistratum aliquem susceperunt, subeundem fuit *δοκιμασίας* [2]) judicium licuitque cuivis eos aut propter morum pravitatem flagitiaque commissa aut propter malum in rem publicam animum aut propter aliam quamcunque causam indignos esse honoribus arguere.

Sed quid amplius? Nusquam invenimus nomophylaces illos ante Demetrii Phalerensis aetatem commemoratos, nusquam in totius rei publicae institutis hujus magistratus conspicimus auctoritatem, immo si .exstitissent, alieni fuissent a popularis imperii natura — quid quaeso illos e Pericleae aetatis memoria plane delere dubitamus? Quid vero de vetustissimo illo legum custodiendarum jure statuendum? Fuisse illud deletumque esse Ol. LXXX, 1 multi sunt testes — attamen quaerendum restat semperque restabit de munerum discrepantia, qua singuli magistratus et Areopagus et senatus et conciones differebant. Difficillimum vero accuratius in eas inquirere res, quae antiquioribus illis temporibus et Areopago et heliastarum collegio, utrique soli, dijudicandae fuerunt. Heliastarum enim auctoritatis incrementa ad priora jam Atheniensium historiae tempora spectare omnes fere sibi persuaserunt homines docti, quippe quum Aristoteles

---

1) exempla magistratuum | muneribus a populo privatorum (*ἀποχειροτονηθέντων*) exstant ap. Dem. in Timoth. pg. 1187. in Theocrin. pg. 1330 alias.

2) cf. Pollux. VIII. 44. cf. Schoemann, de com. pg. 329. Gr. Alterth. I. p. 418. cf. C. Fr. Hermann l. c. §. 149. 1. Meier u. Schoemann, att. Prozess. I. p. 317. Heffter, Athen. Gerichtsverf. pg. 366 sq.

clarissimis verbis τὸ τὰς ἀρχὰς αἱρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν ea significaret, quae populo sese debere Solon jam intellexisset. Schoemannus igitur in eo maxime inter se discrepasse suspicatur Areopagum Heliastarumque judicium, quod his earum tantum causarum, quae ab aliis deferebantur, dijudicandarum facultas fuisset, ille vero sua sponte neque alius delatione vel accusatione nixus omnes reos facere potuisset. Quid igitur quominus ipsa illa Ephialtis rogatione — mittendae videlicet sunt res capitales — judicia, quae antea obtinuerat Areopagus ad Heliastas translata esse censeamus, est impedimento?

Caput alterum.

Critica.

In singulis Philochori fragminibus, quae, posteaquam a Lenzio [1]) collata a Boeckhio [2]) deinde disposita sunt, in editione fragmentorum historicorum Graecorum Parisina [3]) iterum recensita et Stiehlii [4]) opera paucis aucta habemus multae inveniuntur difficultates, quae, quo reconditiores et deteriores eorum scriptorum, unde desumpta sunt, ordines jacent, eo majores afferunt molestias. In insequenti vero commentatione critica non tam fragmentorum ipsorum ordinem quam scriptorum illorum, qui conservarunt ruinas, seriem secutus sum -- id quod ii fortasse probabunt, qui ipsi fontes inspicient.

Summa diligentia atque subtilitate versatus esse videtur Philochorus in perquirenda Demosthenicae aetatis historia, quum saepius ad eum testem respiceret in scriptis rhetoricis Dionysius Halicarnassensis. Sed quo graviora Philochori fragmenta apud eum inventa habebantur, eo ma-

---

1) cf. Philoch. Athen. frgg. ed. Lenz. et Sieb. Lips. 1811.

2) cf. Boeckh, über den Plan der Atthis d. Philoch. Abhdl. d. Berl. Acad. d. Wissensch. hist.-phil. Cl. 1832. pg. 1 ff.

3) cf. F. H. G. ed. Müller. Vol. I. pg. 384—417. Vol. IV. Addend. et Corrig. pg. 646—648.

4) cf. R. Stiehle, zu d. Frgg. d. gr. Historiker. Philol. VIII. 638—643.

gis in iis admodum corruptis elaborabant viri docti. Attamen nostra demum aetate Henrico van Herwerden [1]) collato codice Ambrosiano ut restitueret ordinum integritatem contigit. Itaque fragm. 132 ed. Müller pg. 73 sq. ed. Lenz. (Dionys. Hal. epistol. ad Amm. cap. IX. pg. 10 ed. Herw.) legendum est: ‚*Εἰ μὲν δὴ σαφῶς αὐτὸς ὁ φιλόσοφος ἀποδεικνύει μετὰ τὸν Ολυνθιακὸν πόλεμον γεγραμμένας ὑφ᾽ αὐτοῦ τὰς τέχνας· οὗτος δ᾽ ἐπὶ Καλλιμάχου γέγονεν ἄρχοντος, ὡς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ βίβλῳ τῆς Ἀτθίδος, κατὰ λέξιν οὕτω γράφων „ Καλλίμαχος Περγασῆθεν. Ἐπὶ τούτου Ὀλυνθίοις, πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου, καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψασιν, Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τ᾽ ἐποιήσαντο* .... (In Ambros. lacuna 18 fere literarum, quam explendam esse censet Herverd. verbis *καὶ φιλίαν*) *καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν πελταστὰς μὲν δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετὰ Χάρητος καὶ ἃς* (sic Ambros. vulgo *ἃς καὶ*) *συνεπλήρωσαν ὀκτώ* (sic Ambros.) *Ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα τίθησι ταυτί· „Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ Θρᾴκης θλιβομένων τῷ πολέμῳ καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππέας δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ Βοττιαίαν* (‚vulgo additur articulus ad posterius nomen proprium, quem omittendum esse duxi, quia prius eo caret. Fieri tamen potest, ut scribendum sit *εἴς τε τὴν Παλλήνην καὶ τὴν Βοττιαίαν*‘. Herwerden.) *μετ᾽ Ὀλυνθίων, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.“ Ἔπειθ᾽ ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει τουτί· „Πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ δεομένων μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς* (scribendum videtur *αὑτοὺς*) *καταπολεμηθέντας,*

---

[1]) Dionysii Halicarnassensis epp. critt. III., quarum duae ad Ammaeum, una ad Cn. Pompejum. E codd. maxime italicis a se primo excussis emendatiores et integriores edidit Henricus van Herwerden. Groningae MDCCCLXI. cf. H. Sauppe, Gött. Gel. Anz. St. IV. pg. 121 sqq. 1863.

ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικὴν, ἀλλ᾽ αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους καὶ ἱππέας τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός.

Graviores jam emendationes inferendae sunt frg. 135. ed. Müller. pg. 75 sq. ed. Lenz. et Siebelis (ep. I. ad Amm. cap. XI. pg. 14 sq. ed. Herwerden): Legendum: *Τὰς δ᾽ αἰτίας, δι᾽ ἃς εἰς τὸν πόλεμον κατέστησαν ἀδικεῖσθαι λέγοντες ἀμφότεροι, καὶ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ τὴν εἰρήνην ἔλυσαν, ἀκριβῶς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν τῇ ἕκτῃ τῆς* (sic. Ambr.) *Ἀτθίδος βίβλῳ. Θήσω δ᾽ ἐξ αὐτῆς τἀναγκαιότατα· „Θεόφραστος Ἀλαιεύς* (cf. Sauppe l. l. pg. 131)· *ἐπὶ τούτου Φίλιππος τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας Περίνθῳ προσέβαλεν· ἀποτυχὼν δ᾽ ἐντεῦθεν Βυζάντιον ἐπολιόρκει καὶ μηχανήματα προσῆγεν." Ἔπειτα διεξελθὼν, ὅσα τοῖς Ἀθηναίοις ὁ Φίλιππος ἐνεκάλει διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ταῦτα πάλιν κατὰ λέξιν ἐπιτίθησιν· „Ὁ δὲ δῆμος ἀκούσας τῆς ἐπιστολῆς* (,Vocabula *ταῦτα — ἐπιστολῆς* neglecta a librario, cujus oculi a praegresso *τῆς ἐπιστολῆς* ad hoc abberraverant, restitui e cod. Ambros. reddidique Philochoro quae Dionysii esse credebantur. Frustra in his emendandis desudasse eruditos nihil est quod miremur. Operae autem est post repertam veritatem contulisse Sylburgii adnotationem.' Herw. Sylb.: *καὶ ὡς Δημοσθένους παρακαλέσαντος αὐτοὺς πρὸς τὸν πόλεμον καὶ ψηφίσματα γράψαντος ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος· τὴν μὲν κτλ.*) *καὶ Δημοσθένους παρακαλέσαντος αὐτοὺς πρὸς τὸν πόλεμον καὶ ψήφισμα* (sic Herw. pro *ψηφίσματα*) *γράψαντος ἐχειροτόνησε· τὴν μὲν στήλην καθελεῖν τὴν περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης καὶ συμμαχίας σταθεῖσαν, ναῦς δὲ πληροῦν καὶ τἄλλ᾽ ἐνεργεῖν τὰ τοῦ πολέμου.*

Ταῦτα γράψας κατὰ Θεόφραστον ἄρχοντα γεγονέναι, τῷ μετ᾽ ἐκεῖνον ἐνιαυτῷ τὰ πραχθέντα μετὰ τὴν λύσιν τῆς εἰρήνης ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἄρχοντος διεξέρχεται· θήσω δὲ καὶ τούτων αὐτὰ (cf. Sauppe l. l. pg. 128 sq.) *τἀναγκαιότατα· „Λυσιμαχίδης Ἀχαρνεύς· ἐπὶ τούτου τὰ μὲν ἔργα τὰ περὶ*

τοὺς νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην ἀνεβάλοντο διὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Φίλιππον· τὰ δὲ χρήματ᾽ ἐψηφίσαντο παντ᾽ εἶναι στρατωτικὰ Δημοσθένους γράψαντος· Φιλίππου δὲ καταλαβόντος Ἐλάτειαν καὶ Κυτίνιον καὶ πρέσβεις πέμψαντος εἰς Θήβας μετὰ (inser. H. Sauppius praeposit. l. c. pg. 131 cf. Demosth. XVIII, §. 211) Θετταλῶν, Αἰνιάνων, Αἰτωλῶν, Δολόπων, Φθιωτῶν, Ἀθηναίων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πρέσβεις ἀποστειλάντων τοὺς περὶ Δημοσθένη, τούτοις συμμαχεῖν (Θηβαῖοι, quod Herw. inseruit, delevi cum Sauppio l. c. pg. 129) ἐψηφίσαντο.

Fragmentum ex eodem Dionysio desumptum, quod in editione Parisina praecedit (pg. 74 ed. Lenz. et Siebel.) haud minus mutilum esse illis patet. Jam Siebelisius Hanoviensi Dionysii editione nixus haec scribi jussit: Διοπείθους ἔτι περὶ Ἑλλήσποντον τοῦ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῦ διατρίβοντος, εἴρηται ὁ λόγος, ὡς ἐξ αὐτοῦ γίνεται φανερόν. Ἔστι δὲ ὁ χρόνος κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, ὡς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν τοῖς γενομένοις ἐπὶ τούτου τοῦ ἄρχοντος, οὐδέπω εἰκοστὸν ἔχοντος ἔτος Δεινάρχου, quum in versione latina invenisset: „ut in hoc archonte Philochorus et alii ostendunt, cum Dinarchus nondum viginti annorum esset.“ Ipse, quum librarii oculum a praecedente ad sequens vocabulum aberrasse putem, haec scribi malim ὡς δηλοῖ Φιλόχορος σὺν τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τούτου τοῦ ἄρχοντος, οὐδέπω ἐκείνου (scil. Δεινάρχου) εἰκοστὸν ἔχοντος ἔτος. Sed haec, quum minoris sint momenti, passim.

Pleraque quum graviorum fragmentorum Philochoreorum in scholiis ad Aristophanis comoedias conservata legantur multaque in iis ab editoribus aut neglecta sint aut ab eorum cognitione fuerint aliena, in iis maxime tractandis versari liceat.

Fragm. 26 ed. Müller. pg. 25 ed. Lenz. et Siebelis (Schol. ad Aristoph. Vesp. 544) sic videtur scribendum: Ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχειν ἐπόμπευον ..... ὁ μέντοι Δικαίαρχος ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ οὐκ οἶδα ἐξότου ποτὲ καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὑπείληφε θαλλοφορεῖν, πολλῶν ἀλλήλοις ὁμολογούντων ἐναντίον

τούτῳ μόνους τοὺς πρεσβύτας θαλλοφορεῖν (in cod. Veneto — a Ravennate haec omnia omittuntur — *πολλῶν ἀλλήλοις ὁμολογούντων εἶναι τοῦ μόνους* leguntur, quorum in loco Dindorfius *περὶ τοῦ μόνους κτλ.*, Schneiderus de schol. Aristoph. pg. 20 *εἶναι τοῦτ' ἔθος τοῦ* collocarerunt, nimis haud dubie a codicum vestigiis recedentes) *Ξενοφῶντος μὲν ἐν τῷ Συμποσίῳ* (IV, 17) *Φιλόχορος δὲ ἐν δευτέρᾳ, ὅς γε καὶ τὸν καταδείξαντα* (probanda haec Valkenarii conjectura, ad cujus auctoritatem augendam cf. Aristoph. Ran. 1062. 1032. Venet.: *καταδόντα, καταΐδοντα* Ald. et Phavorin. s. v. *θαλλοφόροι*) *τὸ ἔθος Ἐριχθόνιον συνίστησε.* cf. A. de Kampen, de parasitis apud Graecos sacrorum ministris diss Gotting. 1867. pg. 45.

Caveas ne in fragm. 83. ed. Müller pg. 48 ed. Lenz et Siebel. verba quae editores exscripserunt e scholiis ad Aristoph. Acharn. 220 ed. Dübner. 219 ed. Oxon. Dindorf. *ἦρξε δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Δαρείου, ἐφ' οὗ πλείστη χιὼν ἐγένετο καὶ ἀπέπηξε πάντα, ὡς μὴ δύνασθαί τινα προιέναι. Διόπερ τὰ ψυχρὰ πάντα Λακρατίδου ἐκάλουν* Philochoro ipsi tribua. Quamvis enim Philochorum in commentariis tempestatis illius mentionem fecisse haud ignoremus, tamen quominus ipsius enarrationem conspiciamus, impedimento est *καὶ* ante Philochori nomen. Itaque haec tantum ad Atheniensem illum spectare arbitror verba: *Λακρατίδης ἀρχαῖος ἄρχων Ἀθήνησι, ὡς καὶ Φιλόχορος.*

Fragm. 88 ed. Müller pg. 50 ed. Lenz. et Siebel. scriptum invenimus:

Ὁ ἱερὸς πόλεμος ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς βουλομένους ἀφελέσθαι Φωκέων τὸ μαντεῖον (sic Müller. c. Duebnero in ed. Schol. ad Aristoph. Avv. 556 et Dindorfio ibid. 557.). *Νικήσαντες δὲ Φωκεῦσι πάλιν ἀπέδωκαν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ λέγει* . . . . (Explere liceat hanc quae invenitur in editt. Müller. et Lenz. lacunam: *δύο δὲ ἱεροὶ πόλεμοι γεγόνασι, οὗτός τε καὶ ὁπότε Φωκεῦσιν ἐπέθεντο Λακεδαιμόνιοι· ἐν ἐνίοις [τῶν ὑπομνημάτων ταῦτα λέγεται· ἱερὸν πόλεμον λέγει καθὸ πρὸς θεοὺς ἔσοιτο· ἅμα δὲ τοῦ ἱεροῦ πολέ-*

μου μνημονεύει τοῦ γενομένου Ἀθηναίοις πρὸς Φωκέας ὑπὲρ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ· ἐσχεδίασται δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν, οὐ γὰρ πρὸς Φωκέας ὑπὲρ τούτου ἐπολέμησαν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ Φωκέων διὰ τὸ πρὸς Λακεδαιμονίους ἔχθος.) Γεγόνασι δὲ δύο πολεμοὶ ἱεροὶ, πρότερος μὲν Λακεδαιμονίοις πρὸς Φωκεῖς ὑπὲρ Δελφῶν καὶ κρατήσαντες τοῦ ἱεροῦ Λακεδαιμόνιοι τὴν προμαντείαν παρὰ Δελφῶν ἔλαβον. Ὕστερον δὲ τρίτῳ ἔτει τοῦ πρώτου πολέμου Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους ὑπὲρ Φωκέων. Καὶ τὸ ἱερὸν ἀποδεδώκασι Φωκεῦσι, καθάπερ καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ λέγει. Καλεῖται δὲ ἱερὸς, ὅτι περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ ἐγένετο· (ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ Θουκυδίδης καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ θ′ καὶ Θεόπομπος ἐν τῷ κέ.).

Adnotatio critica Duebneri:

1) *Βοιωτοὺς*] Immo *Δελφούς* Dobraeus.
2) *βουλομένους* Dobraeus. Legebatur *βουλομένοις*.
5) *ἐν τῇ δ′*] om. Ravennas cod.
λέγει] add. Rav.
7) *ἱεροί* add. Rav. Venet.
8) *οὗτός τε* Venet. *οὗτος δὲ* Rav. *ὁ τότε* Ald.
καὶ om. R.
ἐπέθεντο] *ἔθεντο* R.
Λακεδαιμόνιοι] sequentia om. R.
9) *ἐν ἐνίοις δὲ* Ald. *δὲ* omitt. Venet.
11) *τοῦ γενομένου* V. *τοῦ* om. Ald.
19) *τρίτῳ ἔτει*] Longe brevius tempus intercessisse, illum autem numerum negligenter inspecto Thucydide posuisse Scholiastam ostendit Clinton, Fast. Hallen. Vol. II, pg. 258.
20) *Λακεδαιμονίους*] Immo *Βοιωτούς*.
21) *ἀπέδωκαν* V. *ἀποδεδώκασι* Ald.
23) *Θουκυδίδης*] I, 112. Vide Hesychium in *ἱερὸς πόλεμος* cum annotationibus interpretum.

Ipse Carolus Müllerus (FHG. Vol. I. pg. 398b) haec addit: Pro *πρὸς Βοιωτοὺς βουλομένους*, (sic vulgo erat) Lenzius legere vult *Λακεδαιμονίους βουλομένους*, sed praeferendum

putamus cum Siebeli, quod Suidas s. v. *ἱερὸς πόλεμος* praebet *πρὸς Βοιωτοὺς βουλομένους* etc.; quam emendationem confirmat Schol. ad Thuc. I, 111: *Τινὲς τῶν Βοιωτῶν μὴ θέλοντες ὑπακούειν τοῖς Ἀθηναίοις, κατέλαβον ταῦτα τὰ χωρία ταχέως.* Deinde Clintonis locum, quem confert quoque Dindorfius, affert.

Priusquam ad scholion ipsum emendandum accedimus judicium ferendum est de variis ejusdem partibus. Discernamus enim necesse est duo capita, alterum, quod in codicibus et Ravennate et Veneto, alterum quod in Veneto tantum exstat utrumque a diversis compositum auctoribus. Quum enim in posteriore explicationis parte, quae in priore jam exposita sunt, enarrentur, ad unum eundemque interpretem omnia spectare persuadere nobis nequimus. Sic lin. 4. 5. leguntur verba *νικήσαντες δὲ Φωκεῦσι πάλιν ἀπέδωκαν*, quae eadem fere repetuntur lin. 20. *καὶ τὸ ἱερὸν ἀποδεδώκασι Φωκεῦσι*, deinde lin. 5 *ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ* (haec omittit quidem Ravennas ita ut ex insequentibus Veneti ordinibus inserta esse videantur) *λέγει*, quae iterum occurrunt lin. 20. 21. *καθάπερ καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ δ' λέγει*, tum lin. 7 *δύο δὲ ἱεροὶ πόλεμοι γεγόνασι*, quae eadem sunt lin. 15. *γεγόνασι δὲ δύο πόλεμοι ἱεροί.* Sed si ea, quae nobis de sacro illo bello traduntur, collustramus, quod neque de Boeotis quidquam invenimus traditum miramur neque de Phocensibus, qui e Scholiastae narratione — aliter enim explicari nequeunt verba *ὁ ἱερὸς πόλεμος ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς βουλομένους* (vel potius *βουλομένοις*) *ἀφελέσθαι Φωκέων τὸ μαντεῖον* — jam ante expeditionem ab Atheniensibus factam potiti essent oraculo, quo brevi ante Delphiis cedere coacti erant a Spartanis; cf. Thuc. I, 112: *Λακεδαιμόνιοι κρατήσαντες τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ, παρέδοσαν Δελφοῖς. Καὶ αὖθις ὕστερον Ἀθηναῖοι ἀποχωρησάντων αὐτῶν, στρατεύσαντες καὶ κρατήσαντες παρέδοσαν Φωκεῦσιν κτλ.* Plutarch, vit. Pericl. 21: *ἐπεὶ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι στρατεύσαντες εἰς Δελφοὺς Φωκέων ἐχόντων τὸ ἱερὸν Δελφοῖς ἀπέδωκαν, εὐθὺς ἐκείνων ἀπαλλαγέντων ὁ Περικλῆς ἐπιστρατεύσας πάλιν εἰσήγαγε*

τοὺς Φωκέας· Hesych. s. v. ἱερὸν πόλεμον· ὃν ἐπολέμησαν Λακεδαιμόνιοι πρὸς Φωκέας ὑπὲρ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ· ἐβοήθησαν δὲ Φωκεῦσιν Ἀθηναῖοι καὶ παρέδοσαν ἱερόν. Sed utut res sese habet — Scholiastam Boeotos in mente habuisse constat; aut enim ipse in errorem incidisse putandus est, quod ea, quae Ol. LXXXVIII, 1 gesta ad Athenienses tantum atque Lacedaemonios eorumque socios Phocenses atque Delphios spectant, cum expeditione confundit, quae insequenti demum anno ab Atheniensibus contra Boeotos suscepta est (cf. Thuc. I, 113. Diod. XII, 6) aut — id quod propius ad verum accedere videtur — jam eo ipso tempore, quo de oraculo Delphico inter Graecas civitates certabatur, Boeoti ita favisse Lacedaemoniis credendi sunt, ut quominus Phocenses statim recuperarent oraculum, impedire studerent. Nihilominus tamen restat in verbis narrationum discrepantia. Quid enim Phocensibus reddidisse dicuntur Athenienses oraculum, quippe quod tenerent Phocenses? Immo, si reddebant Athenienses illud, Phocenses antea non tenuerint necesse est. Quid amplius? Phocenses studuisse arbitror Delphiis eripere oraculum, quod ne fieret prohibebant Boeoti. Scribendum igitur videtur: Ὁ ἱερὸς πόλεμος ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς οὐ βουλομένους αὖθις ἑλέσθαι Φωκέας τὸ μαντεῖον. Νικήσαντες δὲ Φωκεῦσι πάλιν ἀπέδωκαν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ λέγει. In insequentibus jam omnia liquent.

Fragmentum, quod sequitur 89. ed. Müller pg. 51. ed. Lenz. et Siebel. (Schol. Aristoph. Nubb. 213) corrigendum est:

Περικλέους δὲ στρατηγοῦντος καταστρέψασθαι αὐτοὺς (τοὺς Ἀθηναίους) πᾶσάν (Εὔβοιαν) φησι Φιλόχορος· καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἐπὶ ὁμολογίᾳ κατασταθῆναι, Ἑστιαιέων δὲ ἀποικισθέντων (ipse malim ἐξοικισθέντων) αὐτοὺς τὴν χώραν ἔχειν. cf. Thuc. I, 114. καὶ Ἀθηναῖοι πάλιν ἐς Εὔβοιαν διαβάντες, Περικλέους στρατηγοῦντος, κατεστρέψαντο πᾶσαν· καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ κατεστήσαντο; Ἑστιαιᾶς δὲ ἐξοικίσαντες αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον.

Ad frgm. 90. ed. Müller pg. 51 sq. ed. Lenz. et Sieb.

(Schol. ad Aristoph. Vespp. 718 ed. Duebner, 716 ed. Oxon. Dindorf.) cf. E. Curtius Gr. Gesch. II, pg. 750 not. 80. Bergk, N. Jahrb. f. Philol. 1852. pg. 584. Sintenis Philol. V. 33.

Admodum mutilatum Schol. ad Aristoph. Vesp. 947. ed. Duebner. 941 ed. Oxon. Dindorf. frgm. Philoch. 95 ed. Mueller. pg. 52 sq. ed. Lenz. et Siebel. Prorsus vero repudianda est Muelleri lectio neque magis ferenda, quam proposuit Siebelis in editione fragmentorum Philochoreorum Lenziana. Omnia enim, quae hi editores tribuunt Philochoro, plane fere abhorrent ab ejus scriptis. Immo legendum: ‚Θουκυδίδης Μελησίου υἱὸς Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος ..... Ἄλλως· πρὸς τὴν ἱστορίαν. Μήποτε ὁ Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος Τοῦτο δὲ Φιλόχορος· ἱστορικὸς μὲν οὐδὲ πάντη γνώριμος ἐγένετο, ἀλλ᾽ οὐδὲ παρὰ τοῖς κωμικοῖς διὰ τὸ ἐπ᾽ ὀλίγον στρατείας ἀξιωθέντα μετὰ Κλέωνος ἐπὶ Θρᾴκης φυγῇ καταψηφισθῆναι.‘

Ad frgm. 97. ed. Müller pg. 54. ed. Lenz. et Siebel. (Schol. ad Aristoph. Pac. 605. ed. Duebner. 604 ed. Oxon. Dindorf.) cf. Sauppii V.D. commentationem de Phidiae morte (Nachr. d. Gött. Gesellsch. d. Wissensch. 1867. No. 10). Ex ejus restitutione scribendum: Φιλόχορος ἐπὶ Θεοδώρου ἄρχοντος ταῦτά φησι· ‚καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστάθη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχων χρυσίου σταθμὸν ταλάντων μδ΄ Περικλέους ἐπιστατοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος· καὶ Φειδίας ὁ ποιήσας, δόξας παραλογίζεσθαι τὸν ἐλέφαντα τὸν εἰς τὰς φολίδας, ἐκρίθη. Καὶ φυγὼν εἰς Ἦλιν ἐργολαβῆσαι τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγεται, τοῦτο δὲ ἐξεργασάμενος ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠλείων‘ ἐπὶ Πυθοδώρου, ὅς ἐστιν ἀπὸ τούτου ἕβδομος περὶ Μεγαρέων εἶπε, ὅτι καὶ αὐτοὶ κατεβόων Ἀθηναίων παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἀδίκως λέγοντες εἴργεσθαι ἀγορᾶς καὶ λιμένων τῶν παρ᾽ Ἀθηναίοις· οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ταῦτα ἐψηφίσαντο Περικλέους εἰπόντος, τὴν γῆν αὐτοὺς αἰτιώμενοι τὴν ἱερὰν τοῖς θεοῖς ἐπεργάζεσθαι .... Ὁ Φειδίας, ὡς Φιλόχορός φησιν, ἐπὶ Θεοδώρου ἄρχοντος τὸ ἄγαλμα

τῆς Ἀθηνᾶς κατασκευάσας ὑφείλετο τὸ χρυσίον ἐκ τῶν δρακόντων τῆς χρυσελεφαντίνης Ἀθηνᾶς ἐφ᾽ ᾧ καταγνωσθεὶς ἐζημιώθη φυγῇ· γενόμενος δὲ εἰς Ἦλιν καὶ ἐργολαβήσας παρὰ τῶν Ἠλείων τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ καταγνωσθεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν ὡς νοσφισάμενος ἀνῃρέθη.

Ad calcem fragmenti 99. ed. Müller pg. 55 sq. ed. Lenz. et Siebel. (Schol. ad Aristoph. Av. 997 ed. Duebner. 998 ed. Oxon. Dind.) asserenda sunt verba: *ὅτι δὲ Κολωνὸς ἦν τῶν δήμων ψεῦδος. Φιλόχορος δὲ Λευκονοέα φησὶν αὐτόν.* Neque vero novi quidquam inest in his verbis, quum eadem fere supra legantur.

Praeter ipsa Philochori verba, quae editores (frg. 105. ed. Mueller. pg. 59 ed. Lenz. et Siebel.) e Schol. ad Aristoph. Pac. 665 ed. Duebner. 664 ed. Oxon. Dind. exscripserunt haec Scholiastae addenda sunt: *Ἄλλως·* (hoc in Venet. tantum cod. Rav. om.) *μετὰ τὰ ἐν Πύλῳ· ἐπὶ Κλέωνος γὰρ πρεσβευσαμένων Λακεδαιμονίων, ἐστασίασαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς Φιλόχορός φησι.* cf. Thucyd. IV. 15 sq. Diod. XII. 63. Schmidt, de Nicia Athen. pars prior pg. 21 sq.

frgm. 107. ed. Mueller pg. 60 ed. Lenz. et Siebel. (Schol. ad Aristoph. Vesp. 210) scriptum invenitur:

Φιλόχορος ἐπὶ Ἰσάρχου φησὶ πρὸ ἐνιαυτοῦ Βρασίδαν ἀποστῆσαι Σκιωναίους τῶν Ἀθηναίων. In scholiorum editione Duebneriana: *Σκιώνην· Φιλόχορος ἐπὶ Ἰσάρχου φησὶ πρὸ ἐνιαυτοῦ Βρασίδαν ἀποστῆσαι Σκιωναίους τῶν Ἀθηναίων. Ἀθηναίους δέ φασι λ′ τριήρεις πρότερον πέμψαντας Σκιώνην περιτειχίσαι, ὕστερον δὲ μαθόντας ἀποστῆναι αὐτῶν, ἀποστεῖλαι στρατὸν καὶ πολιορκῆσαι καὶ ἀποτειχίσαι αὖθις ὡς τὸ πρότερον· ἔστι δὲ χωρίον Θρᾴκης πολέμιον Ἀθηναίοις ἣν ἐφρούρουν ἐπιεικῶς, ἣν πολιορκήσαντες ἀπετείχισαν.*

Adnotavit ad haec Dindorfius

2. *πρὸ ἐνιαυτοῦ*] *πρὸς* Venet.
Βρασίδαν] *βρασίδας* V.
Σκιωναίους] *σκιωνεὺς* V. *Σκιωνεῖς* Ald.
3. *φασι* om. Venet.
4. *πέμψαντας μενεδάϊμον ἐν ἐλείῃ σκιώνην δὲ περιτειχίσαι*

V. *μενεδάϊμον* simile est *Μενδαίων* nomini, *ἑλείη* autem verbo *ἑλεῖν*, sed neutri locus est, nisi plura excidisse statuis.

4. *ὕστερον δὲ — ἔστι δὲ* om. V.

7. *χωρίον*] *ἄλλως· χωρίον* V.

Ravennas cod. haec tantum habet: *φασὶν ἀθηναίους τριήρεις λ' πέμψαντες σκιώνην περιτειχίσαι.*

In recensendis verbis ea quae in deterioribus inveniuntur codicibus mittere licet. Ipse emendandum propono:

Φιλόχορος ἐπὶ Ἰσάρχου φησὶ πρὸ ἐνιαυτοῦ Βρασίδαν ἀποστῆσαι Σκιωναίους τῶν Ἀθηναίων, Ἀθηναίους δὲ λ' τριήρεις πρότερον πέμψαντας Μένδην μὲν ἑλεῖν Σκιώνην δὲ περιτειχίσαι.

Cf. ad haec, quae a Philochoro narrantur Thuc. IV, 123. 129—131. *πρὸ ἐνιαυτοῦ* sane ad annum, antequam hoc drama (Vespas) doceret Aristophanes (cf. Aristoph. Vesp. argument.) notandum scriptum est a Scholiasta.

Fragmento 109 ed. Müller. pg. 60 ed. Lenz. et Siebel. (Schol. ad Aristoph. Pac. 475 ed. Duebner. 474. ed. Oxon. Dindorf.) non quae nunc invenitur Ol. LXXXIX. 3. sed Ol. XC. 1 praefigenda est. cf. Thuc. V, 43. 44. Gerebantur enim, quae illic nobis traduntur Astyphylo (cf. Athen. V. pg. 218. d. e. Marmor. Par. ep. 62) vel Aristophylo (Diod. XII. 77.) archonte.

Multum desudaverunt viri docti in emendando frg. 123. ed. Mueller. pg. 69. ed. Lenz. et Siebel. (Schol. ad. Aristoph. Plut. 1146. ed. Duebner. 1147 ed. Oxon. Dind.): *ὅτι μετὰ τὸ κατελθεῖν τοὺς μετὰ Θρασυβούλου Φυλὴν καταλαβόντας καὶ νικήσαντας ἐν Πειραιεῖ τοὺς τριάκοντα ψηφίσασθαι ἔδοξε μνησικακῆσαι καθάπαξ ἀλλήλοις μηδὲν τοὺς πολίτας· ἀλλὰ ταῦτά γε οὔπω ἐπέπρακτο οὐδὲ τὰ ἐπὶ τριάκοντα ἤδη ἦν, ἀλλὰ καί, ὥς Φιλόχορός φησιν πέμπτῳ ἔτει ὕστερον τῆς Θρασυβούλου γενομένης Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ· τοῦτο οὖν ἔοικέ τις ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου μετενεγκὼν ἐνθάδε ὀλιγωρῆσαι τῆς ἀλογίας ταύτης ἢ καὶ αὐτὸς ὁ ποιητὴς ὕστερον ἐνθεῖναι.* Quum de universo scholii argumento summa sagacitate maximaque subtilitate Hemster-

husius, cujus disputationem affert Dindorfius in scholiorum editione, disseruerit non est quod in eo explicando accuratius verser. Neque quae illorum verborum adjudicandum sint Philochoro dubitari potest. Enarravit enim archonte Pythodoro (cf. Clinton fast. Hell. ad annum a Chr. 403) victos esse triginta viros Piraei a Thrasybulo ibidemque cecidisse Critiam. Itaque, quoad ad Philochorum spectant, exhibenda tantum videntur esse verba *ὡς Φιλόχορός φησιν, πέμπτῳ ἔτει ὕστερον* (i. e. *Διοκλέους ἄρχοντος* posteaquam prior Pluti fabula acta est cf. Diod. XIII. 54. Schol. Aristoph. Plut. 179. Schol. Eurip. Orest. 371. Boeckh. C. J. I. pg. 262) *τῆς Θρασυβούλου γενομένης Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ*. Quum vero haec ad priora, quae facit Scholiasta verba respiciant, arctissimeque cum iis cohaereant, non spernere ea nobis licet. Immo satis ex his ipsis corruptela, quae inest in *τῆς Θρασυβούλου γενομένης*, cognosci tollique potest. Codex enim Venetus ab hac lectione recedit, quippe qui praebeat *ὕστερον τῆς Θρασυβούλου γενομένης*, quae Hemsterhusius aliquando. Petiti conjectura: *ὀγδόῳ ἔτει ὕστερον μάχης τῆς μετὰ Θρασυβούλου γενομένης Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ* contemta, sic constituit: *ἀλλὰ καὶ, ὡς Φιλόχορος πέμπτῳ ἔτει ὕστερον μάχη τῶν μετὰ Θρασυβούλου γενομένη ἦν, ᾗ Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ*. Sed ipsum jam offenderunt verba: *γενομένη ἦν*, quum adderet: ‚Ut a mendosae vocis literis quam minime recederem, scripsi *γενομένη ἦν*, quod in grammatico non moleste feras: alioqui maluissem *ἐγένετο*, in reliquis sensus est expeditus et rebus conveniens'. Neque vero Dukeri conjectura placet: *πέμπτῳ ἔτει ὕστερον μάχεται μετὰ Θρασυβούλου ἐν Πειραιεῖ γενομένου ὁ Κριτίας καὶ τελευτᾷ*. Rectum igitur sed ex parte tantum emendandi rationem invenisse Dindorfium opinor, cui *ὕστερον μάχης γενομένης*, deleto *Θρασυβούλου* nomine, scribendum videtur, quod ex superiore illo *μετὰ Θρασυβούλου Φυλὴν καταλαβόντας* ortum esse illud ducit. Ipse plane omittenda esse censeo verba, quippe quae facillime sequentibus *Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ* adscribi potuerint: est igitur: *ἀλλὰ καὶ, ὡς Φιλόχορός φησιν, πέμπτῳ*

ἔτει ὕστερον Κριτίας κτλ. Praeter eos, quos Hemsterhusius attulit scriptorum locos ad illius anni res spectantes cf. Justin. Hist. V, 9, 6—15. Cornel. Nep. Thrasybul. II. frg. 140 Philoch.

Ad frgm. 137. ed. Mueller (Schol. Aristoph. Ran. 218 ed. Duebner. 220 ed. Oxon. Dind.) cf. v. Leutsch, Philol. XI. pg. 733. Mommsen, Heortol. pg. 368. Plutarch apud Westerm. biogr. min. pg. 272. 40.

Prorsus alia, quam quae ap. Muell. frg. 199 et in ed. Lenz. et Siebelis. pg. 102 inveniuntur, leguntur in schol. ad Aristoph. Av. 721 ed. Duebner. v. 722 ed. Oxon. Dind. *σύμβολον ὄρνιν· καὶ γὰρ ταῦτα συμβόλους ἐποίουν τὰ πρῶτα συναντῶντα καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντα· ταῦτα δὲ Δημήτερι ἀνέκειτο, ὥς φησι Φιλόχορος.* Arcte cohaeret cum hoc fragmento frgm. 198 ed. Mueller. pg. 101. Lenz. et Siebel. cf. Hesych. s. v. *ξυμβόλους*. Suidam s. v. *ξύμβολον*. Theophr. Charact. 16. Plut. Timol. 26. Plauti Stichum III, 2, 7. Aeschyl. Prometh. 485. Cramer, anecdd. Paris. IV. pg. 241. Lobeck, Aglaoph. pg. 828.

Paullulum subsistamus in iis, quae e Philochori libris in Plutarchi scripta translata videmus. Quamvis vero operae pretium sit, reconditiora Philochori vestigia, quam quae testis nomen prae se ferunt, apud Plutarchum perquirere, tamen in hac commentatione non meum esse potest hanc quaestionem subtilius accuratiusque tractare.

Ad fr. 37 ed. Mueller pg. 29 ed. Lenz. et Sieb. (Plut. Thes. cap. XIV.) cf. Näke opusc. II. pg. 13 sqq. 98. Ross, Demen v. Attica pg. 67. Pro *Ἑκαλείῳ Διί*, quae lectio haud dubie e Stephano Byz. s. v. *Ἑκάλη* irrepsit, secundum codices scribendum *Ἑκάλῳ*.

Sed dum in hoc insequentique fragmento (fr. 38 ed. Mueller. pg. 29 sq. ed. Lenz. et Sieb. c. 16 vit. Thes.) de verbis, ad quae pertineat Philochori auctoritas dubitare non possumus, aliter judicemus necesse est in recensendo capite 19 ejusdem Thesei vitae (frg. 40 ed. Mueller pg. 30 sq. ed. Lenz. et Sieb.): Plutarchus enim, quum expeditiones a Theseo contra Cretenses factas generalioribus

commemorasset verbis ad singularum narrationum, quae de eadem re apud priores inveniebantur scriptores, diversitatem percensendam transit a verbis *Φερεκύδης δὲ κτλ.* Si igitur initium totius explicationis, quod pro argumento quasi e pluribus scriptoribus hausto habendum est, contemplamur, non est, quod inspexisse Plutarchum Philochori quoque libros in illo componendo negemus: multum quidem abest, ut ejus ipsius verba in Plutarchi sermone conservata esse statuamus, sed concedendum, auctorem verbis *οἱ πολλοὶ γράφουσι καὶ ᾄδουσι* cum multos alios tum Philochorum in mente habuisse. Itaque praefigam fragmento illi:

Ἐπεὶ δὲ κατέπλευσαν εἰς Κρήτην, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ γράφουσι καὶ ᾄδουσι, παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἐρασθείσας τὸ λίνον λαβών, καὶ διδαχθεὶς ὡς ἔστι τοῦ Λαβυρίνθου τοὺς ἑλιγμοὺς διεξελθεῖν, ἀπέκτεινε τὸν Μινώταυρον καὶ ἀπέπλευσε τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἠθέους.

Eodem fere modo ad calcem fragmenti 41 ed. Mueller. pg. 31 ed. Lenz. et Siebel. desiderantur verba, quae sequuntur (*Φιλόχορος παρὰ Σκίρου φησὶν ἐκ Σαλαμῖνος τὸν Θησέα λαβεῖν κυβερνήτην μὲν Ναυσίθοον πρῳρέα δὲ Φαίακα, μηδέπω τότε τῶν Ἀθηναίων προσεχόντων τῇ θαλάσσῃ*): *μαρτυρεῖ δὲ τούτοις ἡρῷα Ναυσιθόου καὶ Φαίακος εἱσαμένου Θησέως Φαληροῖ πρὸς τῷ τοῦ Σκίρου [ἱερῷ]· καὶ τὴν ἑορτὴν τὰ Κυβερνήσιά φασιν ἐκείνοις τελεῖσθαι.* cf. Mommsen, Heortol. pg. 270, cui pro *τῷ τοῦ Σκίρου ἱερῷ* scribendum videtur *πρὸς τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ.* cf. Sintenis Philol. VI. pg. 704. cujus emendatio *πρὸς τῷ τοῦ Σκίρου χωρίῳ* maxime placet cf. Eustath. in Dionys. Perieg. 511. *ὠνόμασται δὲ ἡ νῆσος αὕτη (Σαλαμὶς) καὶ Σκιρὰς ἀπό τινος ἥρωος· ἀφ᾽ οὗ καὶ Σκιρὰς ἀπό τινος ἥρωος· ἀφ᾽ οὗ καὶ Σκιρὰς Ἀθηνᾶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ὁ μὴν ὁ Σκιροφοριών· καὶ Σκίρα τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ.*

Pro verbo, quod est in fr. 49. ed. Mueller. pg. 33 sq. ed. Lenz. et Siebel. (Plut. Thes. 26), *ἀριστεῖον*, quodque delevit aliquando Siebelis, observatt. critt. in Hellen. pg.

16, scribendum est cum Sinteni *ἀριστειῶν*: ,*καὶ γέρας ἀριστειῶν Ἀντιόπην ἔλαβεν*.

Philochoro deinde attribuenda sunt, quae inveniuntur in cap. 36 vitae Thesei: ,*καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον, ἔστι δὲ φύξιμον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας, ὡς καὶ τοῦ Θησέως προστατικοῦ τινος καὶ βοηθητικοῦ γενομένου προσδεχομένου φιλανθρώπως τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις*. cf. frg. 47. ed. Mueller. pg. 33 ed. Lenz. et Sieb. Etymol. Magn. pg. 451, 42 ed. Gaisford s. v. *Θησεῖον· Θησεῖον, τέμενός ἐστι τῷ Θησεῖ, ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν, ἐλέγοντο δὲ δίκαι ἐνταῦθα· ἢ ναὸς τοῦ Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες δοῦλοι προσέφευγον. Φιλόχορος δὲ οὐ μόνον τοὺς οἰκέτας τὸ παλαιόν φησι καταφεύγειν εἰς τὸ Θησεῖον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ἱκετεύοντας*.

Ad frgm. 112. ed. Mueller pg. 63 ed. Lenz. et Siebel. (Plut. Nicias c. 23) cf. Sintenis, Philol. V, 54, qui, quum Plutarchus in nulla nisi Thesei vita Philochori Atthide usus esse videretur, fragmentum cum insequenti libro *περὶ μαντικῆς* tribuit. Quam quaestionem, quum non habeam, quod contra illius judicium proferre possim, in medio relinquam. Ad res ipsas, quae illic narrantur cf. Schmidt, de Nicia Athen. pars prior pg. 18.

frgm. 5. ed. Mueller. pg. 13 ed. Lenz. et Sieb. (Schol. Lucian. Catapl. 1.) scribendum esse puto: *Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας ἐχθρωδῶς διακείμενοι τοῖς Ἀθηναίοις ὥρμησαν εἰς πλοῖα (οἱ Τύρρηνοι) καὶ κατασχόντες εἰς Βραυρῶνα τῆς Ἀττικῆς ἥρπασαν παρθένους ἀρκτευομένας τοῖς Βραυρωνίοις αἷς συνῴκησαν* (codd.: *παρθένους ἀρκτεύονται τοῖς*. Reitz ad Lucian. Bip. III. pg. 500 *π. ἀρκτευομένας τῇ θεῷ ἐν Βραυρωνίοις*. Jacobitz. in edit. Vol. IV. pg. 100 *παρθένους αἱ ἀρκτεύονται τοῖς Βραυρωνίοις* probante Stiehlio. Philol. VIII. pg. 641). cf. Hesych. s. v. *ἀρκτεία· ἡ τῶν ἀρκτευομένων παρθένων τελετή· ἀρκτεύειν δὲ τὸ καθιεροῦν*. Bekker. anecdd. pg. 141. 31. *καὶ γὰρ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, ὡς Εὐριπίδης καὶ Ἀριστοφάνης*. cf. pg. 206. 4. *Λυσίας .... προγάμων*

τὰς παρθένους τῇ Ἀρτέμιδι ἀρκτεύειν ἔλεγε. cf. Suidas s. v. ἀρκτευόμεναι γυναῖκες τῇ Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἐτέλουν κροκωτὸν ἠμφιεσμέναι οὔτε πρεσβύτεραι δέκα ἐτῶν οὔτε ἐλάττους πέντε, ἀπομειλισσόμεναι τὴν θεάν ...... καὶ ἐψηφίσαντο οἱ Ἀθηναῖοι μὴ πρότερον σονοικίζεσθαι ἀνδρὶ παρθένον, εἰ μὴ ἀρκτεύσειε τῇ θεῷ. Harpocr. s. v. ἀρκτεῦσαι ..... ὅτι δὲ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ, Ἀριστοφάνης Λημνίαις καὶ Λυσιστράτῃ (cf. v. 645). (De ortu vocabuli ἄρκτοι a verbis ἐνάρχεσθαι, κατάρχεσθαι cf. Lobeck, Aglaophamus pg. 74. not. d.) cf. etiam Hesych. s. v. δεσμοὶ Τυρρηνικοί, argument. Soph. Oed. reg. 110. 2. ed. Dind. Append. proverbb. I, 96. pg. 393. interpp. Plutarchi, de virtut. mul. pg. 247. C. O. Müller, Etrusc. pg. 84. Prolegg. ad Mythol. pg. 73. Creuzer, Symbol. IV, pg. 712.

Frgm. 106. ed. Mueller pg. 59. ed. Lenz. et Siebel. (Schol. Luc. Tim. 3. Vol. IV. pg. 47. 48. ed. Jacobitz) mutandum: Ἐπέστη (Κλέων) καὶ τῇ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνῃ, ὡς Φιλόχορος προσθεὶς ἄρχοντα Εὐθύδημον (pro Εὔθυνον. cf. Diod. XII. 58. Athen. V. pg. 218 B) καὶ Ἀριστοφάνης περιζωσάμενον αὐτὸν λέγει δημηγορῆσαι κτλ.

frgm. 16. ed. Mueller, pg. 18 ed. Lenz. et Siebel. (Steph. Byz. s. v. Ἄρειος πάγος) lege:

Φιλόχορος δὲ ἐν Ἀτθίδος δευτέρῳ βίβλῳ, ὅτι Ἁλιρρόθιον τὸν Ποσειδῶνος ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεος βιαζόμενον τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα (legebatur in codd. ὅτι τὸν Ἁλιρρόθιον τὸν Ποσειδῶνος ἀποθανεῖν βιαζόμενον ὑπὸ Ἄρεος διὰ τὴν Ἀλκ. τ. αὐτ. θ., quae emendaverat aliquando Heynius ad Apollod. III, 14, 2 διὰ τὸ τὸν Ἁλιρρ. τ. Π. ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεος βιαζόμενον τὴν Ἀλκίππην, τὴν αὐτοῦ θυγατέρα) cf. Marmor Parium. ep. 5.

Ad frgm. 196. ed. Mueller pg. 101. ed. Lenz. et Sieb. (Zenob. proverbb. cent. V, 75), quod legitur: Φιλόχορός φησιν, ὅτι νύμφαι κατεῖχον τὸν Παρνασσὸν, τροφοὶ Ἀπόλλωνος, τρεῖς καλούμεναι Θριαὶ, ἀφ' ὧν αἵ τε μαντικαὶ ψῆφοι θριαὶ καλοῦνται, καὶ τὸ μαντεύεσθαι Θριάσιοι cf. FHG.

IV. in Add. et Corrig. pg. 648. Schneidewin. Philol. III, 698. O. Mueller, Dor. I. pg. 344.

Ad fragm. 141ᵇ ed. Mueller. (Append. Photii Porson. pg. 674, 5 sqq.) cujus in altero hujus commentationes capite feci mentionem, accedunt tria ex eodem lexico rhetorico Cantabrigiensi, quae quamvis pressiore tractatione haud indigna videbantur.

Ac primum quidem Philochorum de ostracismo in libro tertio commentariorum egisse certiores fimus fragm. 79ᵇ ed. Mueller (Append. Photii Pors. pg. 675. 12. cf. Nauck, Lexicon Vindobonense pg. 354) quod Dobraeus secundum cod. Cantabrig. (l. s. c.) sic exscripsit:

ὀστρακισμοῦ τρόπος· Φιλόχωρος ἐκτίθεται τὸν ὀστρακισμὸν ἐν τῇ Γ γράφων οὕτω· προχειροτόνει μὲν ὁ δῆμος πρὸ τῆς η' πρυτανείας, εἰ δοκεῖ τὸ ὄστρακον εἰσφέρειν· ὁ δὲ δοκεῖ (sic), *ἐφράσσετο σανίσιν ἡ ἀγορὰ καὶ κατελείποντο εἴσοδοι δέκα, δι' ὧν εἰσιόντες κατὰ φυλὰς ἐτίθεσαν τὰ ὄστρακα, στρέφοντες τὴν ἐπιγραφήν· ἐπεστάτουν δὲ οἵ τε ἐννέα ἄρχοντες καὶ ἡ βουλή· διαριθμηθέντων δέ, ὅτε πλεῖστα γένοιτο, καὶ μὴ ἐλάττω ἑξακισχιλίων, τοῦτον ἔδει, τὰ δίκαια δόντα καὶ λαβόντα ὑπὲρ τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων, ἐν δέκα ἡμέραις μεταστῆναι τῆς πόλεως ἔτη δέκα· ὕστερον δὲ ἐγένοντο πέντε· καρπούμενον τὰ ἑαυτοῦ μὴ ἐπιβαίνοντα ἐντὸς Πέρα* (sic: lege *Γεραιστοῦ* vel *Γεραστοῦ*: nam ita interdum peccatur. Dobr. cf. frg. 155ᵇ ed. Mueller) *τοῦ Εὐβοίας ἀκρωτηρίου· μόνος δὲ Ὑπέρβολος ἐκ τῶν ἀδόξων διὰ* (sic. fort. *δοκεῖ* vel *λέγεται* Dobr.) *ἐξοστρακισθῆναι* (vel forsan *ἐξως-*) *διὰ μοχθηρίαν τρόπων, οὐ δι' ὑποψίαν τυραννίδος· μετὰ τούτων* (sic: lege *τοῦτον* Dobr.) *δὲ κατελύθη τὸ ἔθο(ς) ἀρξάμενον νομοθετήσαντος Κλεισθένους ὅτε τοὺς τυράννους κατέλυσεν, ὅπως συνεκβάλῃ καὶ τοὺς φίλους αὐ(τῶν)*: —

Non in singulis, quae his verbis exponuntur, rebus pervestigandis atque perscrutandis subsistam, quippe quum alii iique viri doctissimi satis in eas inquisiverint. cf. Meier, ind. lectt. Hall. 18³⁶/₃₇. Hall. Encycl. Sect. III. B. VII. pg. 180 sqq. K. Lugebil, über d. Wesen u. d. histor.

Bedeut. d. Ostracism. pg. 137. In pauca tantum illorum emendanda atque corrigenda operam conferemus. Plerasque quidem difficultates removendas suscepit jam Meierus (ind. lectt. Hal. 1843. pg. 29) qui pro *προχειροτόνει* et *ὁ δὲ δοκεῖ* emendavit *προυχειροτόνει* et *ὅτε δ' ἐδόκει;* deinde pro *ὅτε πλεῖστα* legi jussit *ὅτῳ πλεῖστα*, pro *ἐντὸς πέρα τοῦ Εὐβοίας*, quae in ipsis ordinibus jam attigi *ἐντὸς Γεραίστου τοῦ Εὐβοίας;* frustra tamen desudasse videtur in sanandis verbis *μόνος δὲ — τρόπων*: neque enim hujus qui legendum statuit *δι' Ἀλκιβιάδου ἐξωστρακίσθη*, neque Dobraei (vide supra) conjectura ferenda. Equidem neque Alcibiadis nomen post *διὰ* excidisse neque praepositionem ex sequentibus verbis male repetitam esse mihi persuadere possum — immo *διὰ ἐξοστρακισθῆναι* nil nisi glossema ad explicandum aliud verbum, quod nunc desideratur, adscriptum esse credo. Quid autem magis explicationem aliquam desiderare videbatur nisi *ἐξωρίσθη?* cf. Hesych. s. v. *ἐξωστρακίσθη· ἐξωρίσθη· ἐπειδὴ εἰς ὄστρακον ἔγραφον τὰς ἐξορίας.* Deinde Meieri mutatio *συνεκβάλῃ* pro *συνεκβάλοι* probatur.

Ad alterum fragmentum e lexico illo rhetorico Cantabrig. desumptum (frg. 130[b] ed. Mueller. FHG. Vol. IV. pg. 646. Append. Photii Porson. pg. 676, 7. Nauck, lexicon Vindobonense pg. 355) cf. ejusd. Meieri libell. c. pg. 31. Scripsit Dobraeus:

·άραλος καὶ Σαλαμινία· ταύτας τὰς τριήρεις εἶχον διὰ πάντος πρὸς τὰς ἐπειγούσας ὑπηρεσίας· ἐφ' αἷς καὶ ταμίαι (cf. Phot. s. v. *ταμίαι* Pollux VIII. 116. Dobr. cf. etiam Boeckh. Staatshaush. I. pg. 236) *τινὲς ἐχειροτονοῦντο· ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς* (sic. scrib. *αὐταῖς* Dobr.) *εἰ δέοι στρατηγὸν μεταπέμψασθαι κριθησόμενον, ὥσπερ Ἀλκιβιάδην· ἡ δὲ Πάραλος καὶ ἀπό τινος ἥρωος ἐπιχωρίου ἐκλήθη· τῆς μὲν Παράλου καὶ Σαλαμινίας ἐν τρίτῃ μνημονεύει Θουκυδίδης· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν· Ἀριστοτέλης δὲ Ἀμορϊάδα* (hic et infra scribendum *Ἀμμωνιάδα*. cf. Meier l. c. Grashof, Jahrb. f. Philol. X, 2. pg. 166 et Val. Rose, Aristot. Pseudepigr. pg. 397 sq.) *καὶ Πάραλον οἶδε· καὶ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· Στησίχορος*

δὲ (sic. leg. *Φιλόχορος* Dobr.) *ἐν τῇ ς' τέτταρας αὐτὰς οἷδε· πρώτας μὲν δύο, Ἀμοριάδα καὶ Πάραλον· προσγενομένας δὲ Δημητριάδα καὶ Ἀντιδονίδα* (sic. leg. *Ἀντιγονίδα*) *ἐκαλοῦντο δὲ οἱ ἐμπλέοντες τῇ Παράλῳ Πάραλοι· ὡς καὶ παρ' Αἰσχίνῃ· οἷον* (sic. leg. *οἱ δὲ* Dobr. probabilior Meieri emendatio *οἱ δ' ἐν*) *τῇ Σαλαμινίᾳ Σαλαμίνιοι:* —

Cf. ad haec Thuc. III, 33. 72. Aristoph. Avv. 1204. Xenoph. Hellen. VI. 2, 14. Photius et Steph. Byz. s. v. *Πάραλος*. Suidas et Photius s. v. *Σαλαμινία*. Ulpian in Demosth. Mid. pg. 214 ed Meier. Harpocr. s. v. *Ἀμμωνίς*. Meier, Hall. Encyl. sect. II, vol. XI. s. v. Paralos. Boeckh, Urkunden über d. Seewesen d. att. Staats. pg. 78.

Jam venimus ad postremum, quod in lexico illo invenitur fragmentum, quod Dobraeus ita commendat (cf. frg. 155b ed. Mueller. FHG. Vol. II. pg. 363 sq. Nauck, lex. Vindobon. pg. 337 sq.): *Εἰσαγγελία· κατὰ κοινῶν* (lege *καινῶν* ut infra. Male retinet Meierus *κοινῶν*) *καὶ ἀγράφων ἀδικημάτων· αὕτη μὲν οὖν ἡ Κικίνου* (lege *Καικιλίου*.) *δόξα· Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ νόμων φασὶ* (sic. *φησὶ* Meier.) *γενέσθαι* (post *γενέσθαι* desiderat Meier *αὐτὴν*) *ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον ῥήτωρ* (cf. Pollux. VIII. 51 - 53.) *ἢ μὴ τὰ ἄριστα συμβουλεύσῃ* (*τῷ δήμῳ* suppl. Meierus), *χρήματα λαμβάνων· ἢ ἐάν τις προδιδοὺς χωρίον ἢ ναῦς ἢ πεζὴν στρατιάν· ἢ ἐάν τις εἰς τοὺς πολέμους* (sic. leg. *πολεμίους*) *ἀφικνεῖται ἢ νικοίη* (sic. fortasse *οἰκοίη* Dobr. rectius *οἰκῇ*. Meier: *μισθοφορῇ*· Lugebil *μετοικῇ*) *παρ' αὐτοῖς ἢ στρατεύηται μετ' αὐτῶν ἢ δῶρα λαμβάνῃ* (desiderat Meierus *ἢ ἐάν τις προδιδῷ φρούριον ἢ ναῦς ἢ πεζὴν στρατιὰν, ἢ ἐάν τις εἰς τοὺς πολεμίους ἀφικνῆται [ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι παρὰ τοῦ δήμου] ἢ μισθοφορῇ πὰρ' αὐτοῖς ἢ στρατεύηται μετ' αὐτῶν ἢ δῶρα λαμβάνῃ [ἐπὶ βλάβῃ τοῦ δήμου]* cf. ejusd. adnot. ad Polluc. VIII. 52. Demosth. Mid. 551, 22. Schoemann et Meier, Att. Proz. pg. 353.). *συνομολογεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου, εἴτε Θεμιστοκλέα εἰσαγγελε ἢ εἰσήγγειλε Κρατερὸς Λεσβώτης* (qu. *ἡ κατὰ Θεμιστοκλέους εἰσαγγελία, ἣν εἰσ-*

ἤγγειλεν. ὡς Κρατερὸς, Λεσβώτης — potius, εἴγε (vel εἴπερ) Θεμιστοκλέα εἰσήγγειλεν, ὡς Κ. deleta v. l. cujus signum est ἢ. Lege Λεωβότης e Plutarcho Tom. I. pg. 123 C. Dobr. Meier. legi vult σ. δ. τ. ὑ. Θ. (sc. λεγομένοις) ὅτι Θεμιστοκλέα εἰσήγγειλε κατὰ Κρατερὸν Λεωβότας Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν. cf. ejusd. comment. d. ostrac. pg. 184.) Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν· ἔνιοι δὲ τῶν ῥητόρων εἰώθεσαν καλεῖν καὶ τὰ μὴ μεγάλα ἀδικήματα, εἰσαγγελίαν· ἔστι δ' ὅτε ἐμβάλλοντες τοὺς συκοφαντουμένους εἰςήγγειλον (sic Dobr. Meier.: ἔστι δ' ὅτε τοὺς ἐμβάλλοντας συκοφαντίαις εἰσήγγειλον, nam sycophantiae etiam εἰσαγγελίαν fuisse demonstravit Schoemannus de comit. pg. 184. Ante ὡς deinde suppleri vult [ἔκρινον δὲ τὰς εἰσαγγελίας]), ὡς μὲν Φιλόχανος (sic) χιλίων καθεζομένων, ὡς δὲ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς χωλίων πεντακοσίων. Κακεῖ (lege Καικίλιος. δὲ οὕτως ὡρίσατο· εἰσαγγελία ἐστὶν ὁ περὶ καινῶν ἀδικημάτων δεδώκασιν ἐπενεγκεῖν οἱ νόμοι· ἔστι δὲ τὸ μελετώμενον ἐν ταῖς τῶν σοφῶν (qu. σοφιστῶν, ut in Bekk. Lex. Rhet. 244. 22. unde habet Suidas. Dobr.)

Multa his ordinibus nimis audacter emendasse Meierum vix quisquam ignoret: maxime vero in eo errasse videtur, quod addit: „Ab Polluce enim (qui haec praebet: χίλιοι δὲ κατὰ μὲν τὸν Σόλωνα τὰς εἰςαγγελίας ἔκρινον, κατὰ δὲ τὸν Φαληρέα καὶ πρὸς πεντακόσιοι) cum Demetrius Soloni opponatur, ut Solonis nomine leges Solonis, ita Demetrii nomine Demetrii leges significari credideris; contra ea hic grammaticus cum Demetrium opponat Philochoro, ut Philochori nomine Philochori libros, ita Demetrii libros significare videtur: hunc igitur sic interpretere, quasi vero Philochorus narraverit de εἰσαγγελίαις semper mille, Demetrius autem tradiderit de iis semper MD judices judicasse, cum, Pollucem si audis, olim Solonis legibus mille, postea Demetrii ex legibus MD de εἰσαγγελίαις judicarint.“ Sane κατὰ Δημήτριον utrumque et „temporibus Phalerensis“ et „ex libris Demetrii“ significare

constat; sed quid est impedimento quominus eo quoque sensu *κατὰ* illud recipiamus, quo ex universo sententiarum nexu uti nos ipsi jubent scriptores? quid deinde nos prohibet, ne Demetrium neque auxisse judicum numerum neque commemorasse hanc suam Solonis legum mutationem in scriptis statuamus? In Pollucis verbis latent haec: „E Solonis legibus, vel quod idem est Solonis temporibus mille judices de *εἰσαγγελίαις* judicia ferebant, e Demetrii vero legibus vel ejus temporibus accedebant illis quingenti“ in lexici illius verbis: „Philochorus (qui si Pollucem audimus, Solonis leges in animo habuit) mille judices judicasse de *εἰσαγγελίαις* tradit, Demetrius vero (qui ex ejusdem scriptoris testimonio in libro *περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας* (cf. Harpocr. pg. 85, 28. 148, 9. 167, 12 ed Bk.) suas ipsius rogationes respexisse censendus est) mille quingentos. Quae quum ita sint, fragmentum illud, quod Muellerus incertis Atthidis Philochoreae fragmentis inseruit, in alio loco collocare licet: quum enim in libro tertio fragm. 57—61. aliorum, quae aliquatenus ad Solonem spectant, institutorum mentionem fecisse Philochorum sciamus, post ea adjeci.

Ad fragm. 31. ed. Mueller. (Schol. Soph. Oed. Col. 99) cf. Hecker, Philol. V. 428., qui pro *Κράτης μὲν οὖν ὁ Ἀθηναῖος τὰ μὴ κτλ.* scribi jussit *Κράτης μὲν οὖν· ὑπ᾽ Ἀθηναίων κτλ.* quum, Krate Atheniensi plane ignoto, scholiastam in animo habuisse censeret Kratem Pergamenum. cf. Stiehle Philol. VIII. pg. 641. Ad fragmenta, quae de Tetrapoli Attica certiores nos faciunt cf. Gurlitt, de Tetr. Attic. diss. Gotting. 1867.

Fragm, 145 pg. ed. Lenz. et Siebel. (Athen. XV. pg. 697 a) Meinekius scribi jussit in Exercitt. in Athen. II. pg. 41: *Ἐπ᾽ Ἀντιγόνῳ δὲ καὶ Δημητρίῳ φησὶ Φιλόχορος Ἀθηναίους ᾄδειν παιᾶνας τοὺς πεποιημένους ὑπὸ Ἑρμοδότου τοῦ Κυζικηνοῦ ἐφαμίλλων γενομένων τῶν παιᾶνας ποιησάντων πολλῶν καὶ τοῦ Ἑρμοδότου προκριθέντος.* Ejusdem annott. (exercitt. I, 49) cf. ad. fragm. 193 ed. Mueller. pg. 100 ed. Lenz et Sieb. (Athen. XIV. pg. 648 C).

Ad frgm. 160 ed. Müller. pg. 85. ed. Lenz et Siebel. cf. Stiehle, Philol. VIII. pg. 643. qui de Polo tragoedo attulit Gellium Noct. Att. VII, 5. Lucian. Nec. 16. Jup. Trag. 41. Ap. p. Merc. Cond. 5.

Prius quam vero ipsa, quae nova Philochori reperi fragmina, ad calcem hujus commentationis adponam, repetere liceat Stiehlii, qui de historicorum Graecorum ruinis colligendis disponendisque haud minime meritus est:

1. Schol. Aristoph. Lysistr. 1138. Duebner: *ταῦτα καὶ οἱ συντεταχότες τὰς Ἀτθίδας ἱστοροῦσι περὶ τῶν Λακεδαιμονίων. ὁ δὲ Φιλόχορός φησι καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοὺς Ἀθηναίους λαβεῖν τὰς κατασχούσας τὴν Λακεδαίμονα συμφοράς.* Insere hoc post fragm. 108. libri IV. Atth.

2, Plutarch. Vitt. X Orator. pg. 876 B.: *βουλομένων δὲ Ἀθηναίων Ἀντιπάτρῳ παραδοῦναι τὸν ἄνθρωπον (Ἅρπαλον) ἀντεῖπεν (Δημοσθένης) ἔγραψέ τε ἀποθέσθαι τὰ χρήματα εἰς ἀκρόπολιν ἤδη τῷ δήμῳ τὸν ἀριθμὸν εἰπόντα φήσαντες δὲ Ἁρπάλου ἑπτακόσια (συγκατακομίσαι τάλαντα, καὶ ἀνενεχθέντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν εὑρέθη τριακόσια) καὶ πεντήκοντα ἢ ὀλίγῳ πλείονα, ὥς φησι Φιλόχορος.* Ponendum post frgm. 139 ed. Mueller. cf. Sauppe, Philol. III. pg. 650.

3, Schol. Sophocl. O. C. 39: *Φύλαρχός* (scrib. *Φιλόχορός*) *φησι δύο αὐτὰς (Εὐμενίδας) εἶναι, τά τε Ἀθήνησιν ἀγάλματα δύο. Πολέμων δὲ τρεῖς αὐτάς φησιν.* cf. Hecker, Philol. IV. 489. Eod. loc. 42: *ἔνιοι* (inter quos Philochorus) *αὐτάς φασι τὸ ὄνομα ἐπὶ Ὀρέστου· τότε γὰρ πρῶτον Εὐμενίδας κληθῆναι, εὐμενεῖς αὐτῷ γενομένας κριθέντι νικᾶν παρ' Ἀθηναίοις καὶ ὁλοκαυτώσαντι αὐταῖς ὄϊν μέλαιναν ἐν Καρνίᾳ* (l. *Κερυνείᾳ*) *τῆς Πελοποννήσου.* cf. O. Müller ad Aeschyl. Eumen. pg. 149.

4, Schol. Aristoph. Lysistr. 835. *Χλόης Δήμητρος ἱερὸν ἐν ἀκροπόλει, ἐν ᾧ οἱ Ἀθηναῖοι θύουσι μηνὸς Θαργηλιῶνος (ἕκτῃ) ὡς Φιλόχορός φησι ἐν ς'.* Insere hoc libro VI. pg. 405 sq. cf. Athen. XIV, pg. 618 d. et Schol. Soph. Oed. Col. 1600. (*Εὐχλόου Δήμητρος*) *ἧς ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει —. οὕτω δὲ τιμᾶται ἐκ τῆς τῶν κήπων χλόης. θύουσι δὲ αὐτῇ Θαργηλιῶνος ἕκτῃ.*

5, Cramer anecdd. Paris. IV. pg. 93, 14. ex Stiehlii emendatione *Ἀδύνατοι . . . . . ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς* (*ὡς*) *οἱ μὲν*, (*δύο ὀβολοὺς*) *ἐφ᾽ ἑκάστης ἡμέρας.* (*ὡς*) *δὲ Φιλόχορός φησιν* (*ἐννέα*) *δραχμὰς κατὰ μῆνα.* Pone post frg. 68. ed. Müller.

6, Clemens Alex. Strom. I, 21, pg. 139 Sylb. *καί τινας* (inter quos intell. quoque Philochorum) *τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων ὀγδόῃ φθίνοντος βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως πληθούσης σελήνης* (scil. Trojam captam esse tradunt). post fragm. 54 ed. Mueller.

Ad haec ipse addo:

1, vita Eurip. ed. Nauck. pg. V sq.: *ἐτελεύτησε Εὐριπίδης, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς, ὡς δὲ Ἐρατοσθένης οέ, καὶ ἐν Μακεδονίᾳ ἐτάφη.* Insere post fragm. 165—169 libri Philochorei *περὶ Εὐριπίδου.*

2, Schol. ad Aristoph. Pac. 990 ed. Duebner: *ἀλλὰ καὶ ὁ Φιλόχορος ἀπὸ Πυθοδώρου, ἀφ᾽ οὗ ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου δοκεῖ γεγενῆσθαι, μέχρι Ἰσάρχου* (fortasse *μέχρι Ἀρχίου* cf. Diod. XII. 78. cf. fragm. 133 Philoch. ed. Müller. pg. 60 ed. Lenz. et Sieb. Harpocr. s. v. *διαψήφισις*) *καταριθμούμενος εἰς τὰ ιγ΄ ἔτη συνάγει τοὺς χρόνους.* Quamvis in his verbis non tam Philochori quam Scholiastae computationem inesse videamus, tamen inserui post frgm. 99 ed. Mueller.

3, Schol. ad Aristoph. Pac. 242 ed Duebner: *Πρασιαί· πόλις Λακωνική· ἅμα δὲ πράσα ἐμβάλλων ταῦτα φησίν. — ἔστι δὲ καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐπίνειον, ὥς φησι Θουκυδίδης καὶ Φιλόχορος.* Si Thuc. VIII, 95 respicimus, inserenda videntur verba post frgm. 118 ed. Mueller. cf. Strabo IX. pg. 399. Steph. Byzant. s. v. *Πρασίαι.* Paus. I, 31, 2.